 μοσίῳ προστάγματι. ἄρτι τοίνυν φήμης χεδείσης ἐπὶ πᾶσαν
 ἡπειρόν τε καὶ νῆσον ὡς οἱ τὸ Γαλατῶνυμον οἰκοῦντες φρού-
 ριον ἀτυγεῖτονες Γεννουῖται, παρασπονδήσαντές τε καὶ ἐπα-
 ναστάντες τοῖς Βυζαντίοις; σφᾶς τε ναυμαχῆσαντες νενικήκασι
 15 καὶ ἅμα θαλάσσης ὄλης ἡγεμονίαν ἀνειροπόλησαν, ὡς μηκέτι
 μήτε καθεκτοῦς εἶναι μήτε μὴν οὐδ' ὁμοφύλοις ἔτι μένειν
 ἐνσπόνδους ἐθέλειν, ἀλλὰ σκληρὰν καὶ οἶον εἰπεῖν ἡγεμονι-
 κὴν τὴν ὄφρὺν κατὰ πάντων ὅσοι θαλάττιον βόσκουσι βίον
 ἐπανατείνασθαι, ταραχθῆναί τε οὖν πολλοὺς διὰ ταῦτα καὶ
 20 πάντων μάλιστα Βενετικούς, μεγάλας μὲν ἐξαρτύειν ἐν βρα-
 χεῖ ναυτικὰς δυνάμενους δυνάμεις, μέγα δὲ διὰ τοῦτο φρο-
 νεῖν ἔχοντας, ἔπειτα παρὰ δόξαν ὑπ' ἐκείνων ἤδη κωλυμέ-
 νους ἐς τὸν ἄνω τόπον καὶ τὴν Μαιωτίν καὶ τὰς ἐκβολὰς

vitates urbesque quum adirem, totum genus hominum, quod insulam
 incolit,

Romanos esse et patriae
 fidei pietatem a maioribus usque traditam constanter tueri cognovi.
 mihi quidem in animo erat, quo diligentius et accuratius insulae res
 explorarem, longius ibi tempus commorari; sed ab hoc proposito de-
 turbatus sum armorum militumque, qui tum ibi parabatur, tumultu. in-
 sula enim iam diu in calamitates inciderat, propter quas Latinorum
 armis subacta Venetae reipublicae imperio se submitit. quum vero
 modo super totam continentem et insulam rumor dispersus esset, Ge-
 nuenses, qui Galatae tenent castellum in urbis vicinitate, foedere ru-
 pto et rebellionem facta Byzantios proelio navali vicisse et totius ma-
 ris imperium somnari, ut neque coerceri possent neque ne foedere
 quidem cum popularibus iuncto stare vellent, sed superba quaedam et
 ut ita dicam imperatoria supercilia adversus omnes, qui maritimam
 agunt vitam, prae se ferrent, hac re et alii multi conturbati sunt et
 praecipue Veneti, qui, quamquam brevi tempore magnas copias navales
 exornare atque idcirco haud mediocres sibi spiritus sumere poterant,
 tum praeter opinionem ab illis iam impediti erant, quominus in su-
 periores regiones et lacum Maeotidem et ad ostia Tanaidis pro suo

ταῦ Ταναΐδος ἀναπλεῖν καὶ περιπλεῖν κατ' ἐξουσίαν ὡς πρω-
 τερον. ὅθεν αὐτοὶ τε τὰς οἰκείας ἡθροίζον δυνάμεις, τριήρεις
 τε πλείους τῶν τέως οὐσῶν κατεσκευάζον καὶ τὰς ἐκ πολλοῦ
 κνωεωληκμένους καθελκύσαντες πανταχόθεν ἐπεσκεύαζον, καὶ
 ἅμα τὰς συμμαχίδας καὶ ὑπηκόους πόλεις καὶ κήσους ἐς 5
 τὸν κοινὸν ἐκάλουον ἀγῶνα, ὅπλα καὶ τριήρεις καὶ στρατιά-
 τας ναυμάχους συνεισφερούσας κατὰ τὴν ἐνοῦσαν ἐκάστη δύ-
 ναμιν. συνεκάλεσαν δ' οὖν καὶ τῶν πόρρωθεν, ἄβροῖς μὲν
 καὶ ἤδη μισθώμασιν, ἄβροτέροις δ' ἐς τὸ μέλλον ἐπαγγελί-
 ας, ἄλλους τε καὶ Κατελάνους, οἳ ὤκνηται κάτω παρὰ τὴν 10
 Γαλλικὴν θάλασσαν, ὅπη τῶν Πυρρηναίων ὄρων οἱ πόδες
 ἄγχιιστα λήγουσιν, ἐς τόλμαν πολεμικὴν, ὅση τε ἡπειρωτικὴ
 καὶ ὅση θαλάττης, τῶν πρωτείων οὐδέαι Λατίνων παρα-
 χωροῦντας.

- 16 Ἐπεὶ γοῦν διὰ ταῦτα καὶ Κρήτη θόρυβον εἶχε καὶ ὡς 15
 εἰπεῖν ἐσείετα πᾶσα, παρασκευαζομένη πρὸς ὅπλα συμμαχικά
 τε καὶ ὅσα τῶν πολεμικῶν ἐφόδων εἰσὶν ἀπατρεπτικά, μετέ-
 βαινον ἐκεῖθεν ἀρχομένου τοῦ ἤρος, καὶ ἀφείς εὐώνυμα Σαλα-
 μίνα τὴν νῆσον, ἔνθα Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους ἐκεῖνον πάλαι
 φασὶ τὴν τῶν Περσῶν ἐκείνην ναυτικὴν καταβαπτίσει δύναμιν, 20
 νήσους τε ἅς Κυκλάδας φασὶ παραλλάξας, κατέπλευσα ἐς
 Εὐβοίαν τὴν νῆσον, ὑπήκοον οὔσαν Βενετικοῖς ἐτῶν ἤδη μα-
 κρῶν. καὶ με βουλόμενον πλείονα χρόνον ἐνδιατρῆμαι ταύτῃ

arbitrio atque voluntate, ut antea, navigarent ac circumveherentur.
 quare suas copias contraxere, triremium numerum auxerunt, etiam ve-
 teres ex navalibus undecunque productas naves refecerunt simulque
 socias subditasque urbes insulasque ad certaminis societatem advoca-
 runt, ut arma triemesque et milites classicos pro sua quaeque facul-
 tate conferrent. advocabant etiam ex remotis regionibus milites lar-
 gis in praesens stipendiis, largioribus in futurum pollicitationibus,
 quum alios tum Catelanos, qui ad Gallicum mare inferius incolentes,
 ubi Pyrenaeorum montium pedes proxime desinunt, ferocia atque vir-
 tute bellica sive proeliis terrestribus sive pugnis navalibus exhibenda,
 nulli Latinorum cedunt.

Quum igitur hanc ob causam etiam Creta tumultu turbaretur et
 armorum sociorum omniumque rerum ad hostium incursiones arcendas
 idonearum apparatu quasi concuteretur, inde vere ineunte aëii atque
 sinistra Salamine insula praetermissa, ubi Themistocles Neoclis filius
 quondam copias navales Persarum demersisse dicitur, et insulas, quas
 Cyclades vocant, praetervectus ad Euboeam insulam appuli iam mul-
 tos annos Venetis subditam. qua in insula quum longius tempus

ἡ τῶν Εὐβοέων ἀνέστειλεν ἀσχολία, πολλή τις οἶσα καὶ αὐτῆ καὶ μᾶλα γέ τι κατεσπουδασμένη πρὸς ὄπλων καὶ μάχης παρασκευῆν· μέλλειν γὰρ ὅσον οὐδέπω λόγος ἦν πολεμίας f. 105 a. ἐκ Γεννοῦας ἐπ' αὐτοὺς καταπλεύσειν τριήρεις. ὅθεν ἐν βρα-
 5 χεῖ τὴν νῆσον ἐκείνην ἐλθὼν καὶ περισκοπήσας ἅπασαν, καὶ τὰς ἐκείνης ὅσον ἐξῆν ἰστορήσας πόλεις, ἤκον ἐπὶ τὸ Ἄρτεμισιον, βόρειον ἄκρον Εὐβοίας. κάκειθεν αὐθις ἀνάγεσθαι βουλόμε-
 10 ρους ὠφθησαν τὴν ταχίστην ἐς Ὀρωπὸν καὶ Αὐλίδα καταί-
 ρουσαι. μεταξὺ γὰρ ταῖν δυοῖν ταύταιν νοτιωτέραν τὴν θέ-
 σιν ἐχουσῶν τῶν πόλεων ἔστιν ἐπιμήκης λιμὴν, πᾶσαν ἀνέ-
 15 μων χλευάζων βίαιον κίνησιν, ἐς ὃν ἀρτίως ἐσέπλευσαν οἱ πολέμοιοι. καὶ ἅμα ἐς τὴν ὑστεραίαν τέσσαρες καὶ τριάκοντα
 20 τριήρεις Βενετικάι, τὰς πολεμίας ἐκείνας ἐκ πολλοῦ ναυλο-
 χοῦσαι, ἐπέπλευσάν τε καὶ τὸ τοῦ λιμένος ἔφραξαν στόμα. τῶν οὖν Γεννουτικῶν νεῶν ὡς ἐν δικτύῳ παρὰ δόξαν ἦδη συγκλεισθεισῶν, αἱ μὲν τέσσαρες εὐθὺς ἀναπετάσασαι τὰ ἰστιά, καὶ καθάπερ ἐν κύβοις τοῦ προφανοῦς τὸν ἀμφιβαλ-
 25 λόμενον ἀνθελόμεναί τε καὶ ἀναρρίψασαι κίνδυνον, ἔλαθον οὕτως τὸ πολέμιον διαδρᾶσαι ξίφος· τὺς γε μὴν ἐπιλοί-
 πους, πλὴν ὀλίγων ἀνδρῶν ἐς τὴν χέρσον ἐκπεπηδηκότων, αὐ-
 τάνδρους ἀπάσας εἶλον πρὶν ἄρξαι χειρῶν καὶ ναυμαχίας.

commorari constituissem, armorum bellique apparatu, in quem summo studio atque alacritate etiam Euboeenses incubuerunt, a proposito deterrebar. fama enim erat, iamiam triremes ex Genua infesto impetu in eos navigaturas esse. quare brevi tempore tota insula perlustrata et urbibus, quantum fieri potuit, invisis, ad Artemisium, Euboeae promontorium septemtrionale, profectus sum. unde quum iam provehi vellem, classis hostium decurrit meque a profectione prohibuit. triremes enim Genuenses quattuordecim celerrimo cursu ad Oropum et Aulidem appellentes sub finem aestatis conspiciebantur. inter hasce enim urbes paulo meridiem versus sitas portus est oblongus, qui quamcunque tempestatis vel turbulentissimae vim contemnit; in eum igitur modo hostes invecti erant. postero autem die triginta quattuor triremes Venetae iam diu insidiatae illis hostium navibus advectae portus faucibus interclusis Genuiticas naves necopinato quasi reti cinxerunt. ex quibus quattuor naves statim velis passis, quasi alearum iactui re commissa aperto periculo dubium praeferentes, hostium gladium subterfugerunt; reliquas autem naves paucis exceptis, qui in continentem exsiluerunt, omnes cum hominibus Veneti ceperunt manu

καὶ ταῦτα μὲν τῆδε πη ἔσχεν ἐκεῖ κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον· ὃ γε μὴν τοῦ Βενετικοῦ στόλου ναύαρχος, ἐς τοῦτο τύχης ἐληλυθότων αὐτῷ τῶν πραγμάτων, τὰ τε περὶ τὴν Εὐβοίαν ὡς ἐνῆν διωκῆσατο, καὶ ἅμα πλήρῃσιν ἰστίοις λύσας ἐξ Εὐβοίας ἀνήχθη εὐθὺ Βυζαντίου ποιούμενος τὴν πορείαν. ἐπεὶ 5 δὲ μεταξὺ γεγένηται οἱ μαθεῖν ἐν Θεσσαλονίκη διατρίβειν τὸν βασιλέα, τέσσαρας τῶν νεῶν ἀπολεξάμενος καὶ τῶν μάλιστα οἱ πιστοτάτων ἐνὶ παραδούς, πρῆσβέυσοντα πέμπει πρὸς βασιλέα περὶ συμμαχίας κατὰ τῶν κοινῶν ἐχθρῶν. αὐτὸς δ' ἐς Βυζάντιον ἤλαυνε, καρτερήσων τὴν τοῦ βασιλέως ἄφιξιν. 10

19 Αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης βέλτιον ἐμοῦ τὰ ἐξῆς, αὐτὸς τε παρῶν γινομένοις καὶ βλέπων, καὶ σφόδρα διὰ σπουδῆς τὰ τοιαῦτα συγγράφειν ἔχων. ἐγὼ γὰρ τοὺς ἐν θαλάττῃ τέως δεδιῶς Ἰσορύβους κατὰ χώραν μένειν ἔκρινα δεῖν ἐν καιρῷ. ὅτε δὴ καὶ τὰς Γεννουιτικὰς ἐκείνας τέσσαρας τριήρεις πα- 15 λινδρομούσας ἐθεασάμην, αἱ διαφυγεῖν ἐδυνήθησαν, ὡς εἰρήκειμεν, τὴν πρὸ βραχέος ἐκείνον κίνδυνον, μίαν τε κατὰ τὸ λεληθὸς τῶν παραλίων ἐλούσας πλουσιωτάτην Εὐβοίας πόλιν, καὶ ἔξανδραποδισαμένους ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, καὶ ἀπεληλυθυίας εὐθὺς μεθ' ὧν ἀπώλεσαν πρότερον στρατιωτῶν, μὴ προαι- 20 σθέσθαι δυνηθέντων τῶν Εὐβοέων, ἀλλὰ τὸν Ἐνδυμίωνος τέως εἰπεῖν καθευδόντων ὕπνον διὰ γε τὸ ἔναγχος ἐκεῖνο προτέρημα.

non conserta neque pugna navali commissa. et haec quidem res sic se fere illo tempore habebat. praefectus autem classis Venetae posteaquam tam prospere res ceciderunt, Euboeae rationibus, quantum maxime fieri potuit, ordinatis, navibus solutis velis plenius inde recta Byzantium versus cursum intendit. interea vero certior factus Imperatorem Thessalonicae commorari, quattuor elegit ex suis navibus, quibus unum ex fidelissimis sibi praefecit et ad Imperatorem de societate contra hostes communes iungenda acturum misit. ipse autem Byzantium cursum direxit, Imperatoris adventum ibi praestolaturus.

Tu vero iam ea quae insecuta sunt, quomodo sese habeant, me melius cognovisti, ut qui ipse rebus adfueris, ipse videris easque conscribere maxime studeas. ego vero tumultus, qui mare pervagabantur, metuens in loco mihi manendum esse decrevi, quum praesertim naves quattuor istas Genuenses, quas periculum paulo ante subterfugere potuisse diximus, recurrere et clam una ex opulentissimis Euboeae urbibus ad mare sitis capta atque repente direpta cum militibus, quos antea amiserant, rursus abire viderem, Euboensibus non tale quid praesentibus, sed Endymionis somnum, ut aiunt, ob recentem illam victoriam dormientibus.

Οὐ πολὺς μεταξὺ παρερρή χρόνος, καὶ τὰς Βενετικάς 20
 ἐκείνας ἐθεώμην τέτταρας καὶ τριάκοντα τριήρεις οἴκαδε κα-
 τιούσας ἀπράκτους ἐκ Βυζαντίου διὰ τὸ ἐν Θεσσαλονίῃ τη-
 νικαῦτα διατρίβειν τὸν βασιλέα. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ μὲν χειμῶν
 5 ἐν τούτοις παρῆι καὶ αἱ κατὰ τὸ ἄρ ἡλίον λαμπάδες f. 105 b.
 ἀνήπτοντο, τεσσαρεσκαίδεκα τριήρεις αὐτῆς ἐκ Βενετίας ἐς
 Βυζάντιον ὄλαις ἀνέβαινον κόπαις καὶ ὄλαις ὀρμαῖς τῆς ψυ-
 χῆς, ἐφ' ᾗ τὸν τοῦ Πόντου προκατειληφνῆς αὐχένα τὰς
 Γεννουτικὰς ναυλοχεῖν ὀκτάδας, αἱ τὴν σιτοπομπίαν ἄνωθεν
 10 ἐκ τοῦ Εὐξείνου καὶ τῶν Σκυθικῶν παραλίῶν ἐσομιζοῦσιν
 ἔμελλον τοῖς ἐν Γαλάτου. τῶν γε μὴν ἐξῆς αὐτὸς ἂν εἰδείης
 αὐτῆς ἐνταῦθα παρῶν καὶ ὄρων ἀκριβῶς τὴν ἀπόβασιν. ἐμοὶ
 γὰρ ἀμυδραῖς τισὶν ἀκοαῖς μεμαθηκέναι συμπέπτωκεν, ἐκεῖ
 διατρίβοντι, τὰ τε ἄλλα καὶ ὡς μικροῦ πᾶσαν τὴν τοῦ Γα-
 15 λατικοῦ φρουρίου δύναμιν, ἄνω μὲν παρὰ τὸν Εὐξείνου πόντον
 ἀποκλεισθεῖσαν, ἄρτι δὲ κατιοῦσαν, ἔλοιεν, κατὰ μὲν τὸν αὐχένα
 τοῦ Πόντου τὴν πλείω κατιοῦσαν διὰ γε δὴ τὸ μὴ προαι-
 σθέσθαι, τὴν δὲ λοιπὴν μείνασαν διεσπασμένως, ὕπη δὴ καὶ
 τῆς ὀρμουῦσα ἐκάστη σποράδην κατὰ τὰ τοῦ Πόντου ἐπί-
 20 νεια, παραπλέοντες ὕστερον. ἐπεὶ δὲ καὶ σύμμαχον ἤδη
 σχοῖεν τὸν βασιλέα Βενετικοί, ἐκ τε γῆς καὶ θαλάττης πλεί-
 στην εἰσενεγκάμενον δύναμιν, καὶ ἅμα τριήρεις προσέλθοιεν
 σφίσι ἐκ νήσου τῆς Κρήτης ὀκτὼ συμμαχίδες, καὶ πρὸς

Non ita multo post etiam Venetorum triremes quattuor et vi-
 ginti Byzantio domum redeuntes videbam re infecta, quod Thessalo-
 nicæ Imperator tum versabatur. hieme autem interea elapsa quum
 iam verni solis faces accenderentur, quattuordecim naves rursus Ve-
 netiis Byzantium ventis remis omnique animi impetu contenderunt, ut
 Ponti faucibus occupatis Genuensium navibus onerariis insidiarentur,
 quæ ab superioribus Ponti Euxini oris et Scytharum terris mari adia-
 centibus Galataeis commeatum transportaturæ erant. res autem, quæ
 insecutæ sint, quem exitum habuerint, tu ipse accurate scis, quum
 præsens eas videris. ego enim illic commoratus tantum ex obscuris
 quibusdam rumoribus quum aliâ tum hoc audivi, Venetos propemo-
 dum cunctas castelli Galataei naves Ponto Euxino interclusas cepisse,
 quum modo descendissent, et maiorem quidem earum partem ad Ponti
 fauces, quo nihil periculi suspicatae vectæ essent, reliquas vero dis-
 persas in singulis stationibus Ponti, ubi quæque in ancoris fuisset,
 præternavigando postea occupasse. quum autem Veneti iam Impera-
 torem, qui terra marique maximas copias contulisset, socium sibi ad-
 iunxissent triremesque ex Creta octo socias accepissent, præterea

τούτοις δλκάδες συσκευασθεῖεν ἐξ τῶν πάνυ μεγίστων, μηχανὰς παντοδαπὰς καὶ ὀπλίτας ἀρίστους φέρουσαι πλείστους, καίριον ἤδη νομισθῆναι τοῖς ἅπασιν πάσαις ὁμοῦ δυνάμεσι προσελάσαντας κυκλώσασθαι τὸ φρούριον αὐθημερόν. καὶ τούτων οὕτωςι πεπραγμένων ἀνυσοθῆναι σφίσι μηδὲν ἠκηκό-5
ειμεν, ὡς ἀπογόντα λοιπὸν τὸν τῆς ναυτικῆς τῶν Βενετικῶν δυνάμεως κἀναρχον τοῦ μὲν πολέμου διάδοχον ἀφεῖναι τὸν βασιλέα, αὐτὸν δὲ μαθόντα ἤδη καὶ τριήρεις ἐκ Γεννοῦας ἐξήκοντα παρὰ πᾶσαν ἀναγομένας ἐλπίδα, ὅλαις ἀναχωρεῖν πορεΐαις.

10

21 Καὶ ἂ μὲν ἀμυδρῶς αὐτὸς ἠκηκόειν, ἔκδημος ὢν τῆς πατρίδος, ταῦτ' ἔστιν· αὐτὸς δ' ἂν μοι λέγοις τᾷληθέστερά τε καὶ βεβαιώτερα τῶν ἐνταυθοῖ πεπραγμένων ἐκείνων, τῆς ἀφηγήσεως προοιούσης, προστιθεὶς ἐν ταύτῳ καὶ τὰ τῶν πεπραγμένων αἴτια. νῦν δ' ὢν αὐτὸς αὐτόπτης ἐξῆς ἐγενόμην 15
ἐκεῖ παρών, εἰμι ἑρῶν αὐτὸς αὐτίκα τὸν λεπτότερον καὶ καθ' ἕκαστα τρόπον. ἐπαναληπτέον τοίνυν τὸν λόγον ὅπῃ τὸ πρότερον ἔχρος ἀλιπομεν, ἵνα τὸ τῆς ἱστορίας συναφῆς τὴν τοῦ σαφοῦς ῥαστώνην εὐφυᾶ παρέχη τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

22 Ἐτυχον μὲν ἐγὼ διατρίβων περὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας 20
καὶ Κάρυστον πόλιν λήγοντος ἤδη τοῦ θέρους, καὶ τηρικαῦτα ξυμβῆβαινε καταπλεῖν ἐς Ὀρεόν, πόλιν Εὐβοίας εὐλίμενον, τὰς

sex naves onerarias maximas omni genere machinarum et gravis armaturae militibus plurimis fortissimisque instructas comparassent, iam omnibus idoneum tempus visum esse cunctis copiis protinus castellum adoriendi atque obsidendi. tali ratione rebus institutis nihil ab iis ad exitum adductum esse, audiebamus, ita ut classis Venetae praefectus re iam desperata et Imperatore, qui bellum persequeretur, relicto summa festinatione recessisset certior factus, ab Genua iam sexaginta triremes praeter omnium expectationem in altum evectas esse.

Haec equidem a patria remotus quasi per nebulam audiui; tu autem narratione progrediente veriora quaedam atque certiora de rebus hic tum gestis expones additis etiam rerum causis. nunc vero res, quarum ipse illic spectator fui, ex ordine tibi accurate atque singillatim referam. revertendum igitur nobis est ad id, unde digressi sumus, ut historiae continuitas praeclaram rerum cognitionis facilitatem praebet, quae inest in perspicuitate.

Quum igitur circa fauces Euboeae et Carystum urbem exeunte iam aestate commorarer, ad Oreum, Euboeae urbem portu ornatam, quindecim illae naves Venetae appulerunt, quas ex portubus Byzantii recessisse supra demonstravimus. octo autem Cretensium triremes inde

πεντεκαίδεκα Βενετικάς ἐκείνας τριήρεις, ἃς ἐκ Βυζαντίων
 λιμένων ἔφθημεν δεδηλωκότες ἐπανιούσας· τὰς γὰρ ὀκτώ
 Κρητικάς διαστάσας αὐτόθεν ὄχεσθαι ἀπιδύσας ἐς Κρήτην
 φυλακῆς ἕνεκα τῶν ἰδίων. καὶ ἅμα συχναὶ καὶ βαρεῖται κα-
 5 τέπληττον ἀγγελίαι τὴν νῆσον, ἐγγύτατα εἶναι πολεμίας ἐξή-
 κοντα ναῦς. σπεύσας οὖν ὁ τῶν Βενετικῶν ναύαρχος τὰ μὲν
 πληρώματα πάντα τῶν οἰκείων νεῶν ἐξέλεν εὐθύς, αὐτὰς
 δὲ κενὰς ἐν τῷ λιμένι καλωδίσις προσηροτημέρας κατέδυσεν,
 ὥς μὴ ἀλώσιμοι τοῖς πολεμίοις " εὐθύς ἐπιπλεύσασι γένοιντο. f. 106 a.

10 ἔπειθ', ὅσον τάχος, πάντας τε Εὐβοέας πρὸς ὀπλιτικὴν ἡρέ-
 θιζεν ἀκμήν, καὶ ἅμα δ' ἐπρεσβεύετο πρὸς τοὺς ἐν Ἀθήναις
 καὶ Θίβαις Λατίνους, τριακοσίων ἱππέων ἐπιλέκτων αἰτῶν
 συμμαχίαν. τὴν γε μὴν πόλιν νύκτα τε καὶ ἡμέραν οὐκ
 ἡμέλησε πᾶσαν ὀπλίζων πολυτελῶς καὶ πάσης ἀφειδῶν δα-
 15 πάνης καὶ πάντα προστιθεὶς καὶ περιτιθεὶς ὄχρωμάτα. δύο
 μεταξὺ παρερρηήκεσαν ἡμέραι, καὶ ὤφθησαν αἱ πολέμιοι
 νῆες ἐκεῖναι, περὶ δειλὴν που τὴν ὀψίαν, ἐπιπλέουσαι κατὰ
 τῆς Εὐβοίας. καὶ τὴν μὲν ἐσπέραν ἐκείνην, γαλήνης οὕσης,
 ἐν τῷ πελάγει μετέωροι δειπνοποιησάμεναι καὶ τὸ ποιητέον
 20 σκεψάμεναι, ἔωθεν εὐθύς εἰς μάχιμον τάξιν ἤθροίζοντο. καὶ
 μὲν δὴ καταπεφραγμένοι πᾶσιν ὀπλοῖς, προσελάσασαι ἐς
 τὸν Ὠρεοῦ λιμένα ἐκεῖναι καταπληκτικῶς ἐσπλέυσαν, τὰ τε
 σημεῖα τῆς μάχης ἡρμένα ἔχουσαι, καὶ τὰς πολεμικὰς ἀνα-
 κρονόμεναι σάλπιγγύς τε καὶ σύριγγας, καὶ ὅσα τῶν τοιούτων

ad suas res tutandas domum redierant. crebris vero atque gravibus
 nuntiis terrentibus iusulam, sexaginta hostium naves proxime adesse,
 celeriter Venetae classis praefectus naves apparatu classico exempto
 vacuas in portu rudentibus suspensas submersit, ne ab hostibus pro-
 tinus adnavigantibus capi possent. tum quam celerrime potest omnes
 Euboeenses ad bellicam fortitudinem excitat simulque cum Latinis,
 qui Athenis erant et Thebis, agit, ut trecentorum equitum delectorum
 auxilium mittant. urbem autem die noctuque egregie nullique sumptui
 parcens armare et omni munimentorum genere firmare atque seipere
 haud destitit. duobus interea elapsis diebus naves illae hostium Eu-
 boeam petentes sub vesperum conspiciebantur; atque illo quidem ve-
 spero, quum esset malacia, in alto mari coena parata et rebus, quae
 gerendae erant, provisae, insequentis diei prima luce statim acie in-
 structa omni genere armorum stipatae in Orei portum invehuntur
 magnamque sui terrorem faciunt certaminis sublati signis, canentibus
 tubis tibiisque aliisque instrumentis, quae animos ad alacritatem at-
 que ardorem pugnandi excitant. quum autem proclii navalis copia

ὀργάνων ἐρεθίζει πρὸς εὐψυχίαν πολεμικὴν τῶν ἀνδρῶν τὴν
 ὄρμην. ἐπεὶ δὲ ναυμαχίας ἀγῶνες ἤμιστα ἦσαν (οὐ γὰρ
 ἦσαν αἱ ἀνταγωνιζόμεναι νῆες), τοξότας ὄσους ἐχορῆν κατα-
 λιπόντες ἐν ταῖς ναυσὶ φυλακῆς τε ἔνεκα καὶ τοῦ βάλλοντας
 ἀνείργειν καὶ ἀντιπερισπᾶν ἐκεῖ τοὺς ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, οἱ 5
 λοιποὶ πάντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀπέβαινον, κυκλώσασθαι τὴν πό-
 λιν βουλόμενοι, κλίμακας τε ἐπαγόμενοι πλείστας, καὶ ἅμα
 αἰρήσειν αὐτίκα μάλα τὴν πόλιν ἐπιτίζοντες διὰ τε τὸ πλη-
 θος καὶ τὴν τόλμην τῶν ὀπλιτῶν. περιστρατοπεδεύσαντες οὖν
 ἐπολιόρκουν, τόξοις τε βάλλοντες ἐκηβόλοις καὶ κλίμακας τῷ 10
 τείχει προσάγοντες, καὶ ἅμα διὰ τὴν πολυχειρίαν εἰθὺ τοῦ
 τείχους διώρυχας πόρρωθεν δρωῶντες, ἵνα δυοῖν θύτερον ἢ
 διὰ τῆς τῶν κλιμάκων ἐκείνων ἀναδρομῆς ἢ διὰ τῆς τῶν
 ὑπονόμων ὑποδρομῆς τουτωνὶ λάθωσιν εἰς τὴν πόλιν παραιο-
 πεσόντες. ἐπεὶ δὲ μηχαναῖς μηχανὰς ὁ τῶν Βενετικῶν ἐκεῖ- 15
 νος ναύαρχός τε καὶ ἡγεμὼν ἔνδοθεν ἀνδιστάναί οὐκ ἠμέλει,
 συνέβαινε εἶναι τοὺς ἔξωθεν τῶν πολεμίων ἀγῶνας ἀπράκ-
 τους. πρῶτον μὲν γὰρ βάρεσι λίθων ἐκ τῶν ἐπάλξεων καὶ
 βέλεσι παντοδαποῖς τραυματίας ἀπέφαινε σφᾶς καὶ ἀπεσό-
 βει. ὅπῃ δ' ἐώρα καὶ ὑπενόει κλίμαξι βάσιμον εἶναι τὸ 20
 τεῖχος, ὕψος ἱκανὸν εὐθύς προσετίθει, τὴν τε τῶν ἐπάλξεων
 συνάπτων διέχειαν, καὶ ταύταις ἀνδρομήκας οἰκοδόμημα προσ-
 τιθεὶς πρὸς ὄξυν καὶ λεπτὸν ἀπολήγον, ὡς καὶ ἀναβᾶσι τοῖς
 πολεμίοις δύσεργόν τε καὶ μάλα ἐπικίνδυνον εἶναι τὴν τῶν

non fieret navibus quippe non occurrentibus, quae cum iis in certa-
 men descenderent, idoneis relictis sagittariis, qui naves custodirent
 eosque, qui ex propugnaculis tela iaculabantur, defenderent atque aver-
 terent, reliqui ad urbem cingendam multis cum scalis in terram egressi
 protinus se capturos esse urbem sperabant, multitudine et bellica mi-
 litum audacia freti. circumsessam igitur urbem oppugnabant tela emi-
 nus mittendo, scalis moenia adoriendo et, quia hominum multitudo
 suppeditabat, procul cuniculos ad muros recta agendo, ut aut scala-
 rum ascensu aut cuniculorum subterraneo cursu in urbem clanculum
 irrumperent. quum autem Venetae classis praefectus atque dux ma-
 chinis machinas intrinsecus opponere haud cessaret, certamina hostium
 extrinsecus irrita erant. primum enim saxis gravibus et omni missi-
 lium genere eos ex propugnaculis impetitos sauciavit atque proturba-
 vit. ubi autem murum scalis ascensu facilem esse videbat et suspi-
 cabatur, altitudine idonea statim addita intervalla inter singula pro-
 pugnacula coniunxit, iisque aedificia adstruxit hominis altitudinem non
 excedentia atque in tenuem et acutum apicem exeuntia, ut hostibus

ποδῶν βάσιν. πρὸς γε μὴν τὸν ὑποχθόνιον ἐκεῖνον ὑπόνομον, στοχασάμενος ὅπου τοῦ τείχους διεκπεσεῖται προχωροῦν τὸ τῆς διώρυχος τέλος, τάφρον κατώρυξεν ἔνδον αὐτὸς ἐγκαρσίαν, τὸ βάθος πολλαπλασίαν ἢ κατὰ τὴν ἐκείνων, ὡς ὄψε 5 τοῦ τείχους ἐντὸς παρεισπίπτοντας σφᾶς βόθρω καὶ θανάτου πυθμῶσιν ἐντυγχάνειν ἀπροσδοκίτους· καταφερομένοις γὰρ ἐκείνοις βάρη λίθων ἠ ἄνωθεν αὐτοὶ μὲν παμπληθεῖς f. 106 b. εὐθύς ἐπιρρίπτοντες ἀφύκτοις θανάτου δικτύοις παραχρῆμα ἐδίδουν. συγχῶν δ' ἐπὶ τούτοις ἡμερῶν παρερρηκνυῶν, 10 ἀφικτο καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων ἤδη καὶ Θηβαίων συμμαχία, ἐπίλεκτοι μὲν ἱππεῖς τριακόσιοι, πεζοὶ δ' ἐθέλονται πλείους ἢ κατ' αὐτούς. καὶ ἅμα τῆς φήμης εἰς ὄλην χεθείσης τὴν νῆσον, συνέτρεχον πανταχόθεν πολλοί, τὸ προστυχὸν ἕκαστος ἀνὰ χεῖρας ἔχοντες ὄπλον. ὃ γε μὴν τῶν Βενετικῶν στρατη- 15 γός καὶ ναύαρχος νυκτὸς μὲν ἐνέδρας ἐν ταῖς πρὸ τῆς πόλεως χαράδραις ὑπέσπειρεν, ἅμα δ' ἐφ' ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἐμφανῶς, ὀπλίτας πελταστὰς τοξότας τε καὶ λογχοφόρους, καὶ ὅσους τηρικαῦτα τῶν ἐκεῖ πολιτῶν εὐρεῖν ἱππέας εὐπόρησεν, ὡς γίνεσθαι μὲν αὐτῷ τὴν στρατεύσιμον ἅπασαν ἡλι- 20 κίαν οὐχ ἦσσω πεντακισχιλίων ἀνδρῶν ἐπιλέκτων. προσγενομένης δ' ἄρτι καὶ τῆς Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων συμμαχικῆς δυνάμειως ἐθάρρησεν εἰς χεῖράς τε καὶ ὁμόσε τοῖς πολεμίοις ἵνα οὐχ ἦσσαν ἢ διπλασίοις οὖσιν αὐτοῦ, βέλτιον οἰόμενος

vel in murum enisis arduam et incessu admodum periculosa essent. deinde autem coniectura facta, qua parte moenium subterraneus ille cuniculus processurus atque proditurus esset, ibi intus fossam transversam fecit multo profundiozem quam illorum erat cuniculus, ut, quum tandem intra moenia irrepissent, necopinato in foveam mortisque voraginem inoiderent. praecipitantes enim eos gravibus superne devolutis saxis protinus in mortis retia inevitabilia iniecerunt. multis deinde praeterlapsis diebus Atheniensium et Thebanorum venerunt auxilia, delecti equites trecenti, pedites voluntarii plures quam ipsi habebant. fama vero per totam insulam sparsa undique multi obviis quisque armis instructi concurrerunt. tum Venetorum dux atque classis praefectus nocte insidiis ante urbem in faucibus collocatis oriente sole manifesto copias eduxit, milites gravis et levis armaturae, sagittarios, hastatos equitesque quos quidem in civium numero tunc invenire potuit ita ut tota manus ad militandum idonea non minus quinque milia virorum delectorum efficeret. auxiliis vero Atheniensium et Thebanorum modo adiunctis, audebat iam manus conserere et configere, quamquam numerus hostium altero tanto maior erat. satius

εἰ δυνατὸν ἀθύμερον αὐτῷ τοῦ παντὸς πολέμου τὸ τέλος
 κριθῆσεσθαι, ἢ καλὴν ἢ κακὴν κρίσεσθαι χρόνον τῆ μάχῃ, τῶν
 πολεμίων δηρύντων νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὴν χεῖραν. ὄθεν
 ἐκίεζας τὸν στρατὸν καὶ μερίσας εἰς φάλαγγας, καὶ τοὺς μὲν
 Ἀθηναίους καὶ Θηβαίους τὸ λαὸν πέρας δεύς, αὐτὸς δ' ἔχων 5
 τὸ δεξιόν, ἦγεν ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατοπέδον, πρὸς συμ-
 ⓓΕ πλοκὴν προκαλούμενος σφᾶς. ἀνακηδήσαντες οὖν εὐθὺς ἐπὶ
 τὰ ὄπλα κἀκίενοι, καὶ μικροῦ περὶ ἀπολιπόντες τὰς ναῦς,
 εὐρώστας μὲν ἀπήντων ἐν ταῖς ἀρχαῖς· ἔπειτ' ἐπιρρυσίσης
 τῆς ἵππου γενναίως, καὶ ἅμα τῆς πεζικῆς φάλαγγος παντα- 10
 χόθεν ἐπιχυθείσης βοῆ καὶ ἀλαλαγμῷ, μὴ δυνάμενοι φέρειν
 ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν, κατακατούμενοί τε καὶ τιτρωσκόμενοι.
 νυκτὸς δ' ἐπὶ τούτοις γενομένης καὶ τῆς μάχης διαλυθείσης,
 ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐνέβαινον ναῦς, οὐχ ὅσοι ἦγον, οὐδὲ μεθ'
 ὁμοίου τοῦ σχήματος, ἀλλὰ μάλα γέ τι ἀντιστρόφως· εἶναι 15
 μὲν γάρ τούς ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐκείνῃ γῆ πεπιτωκῶτας οὐχ ἦ-
 τον πεντακοσίων, τραυματίας δ' αὖ οὐχ ἦτιον ἢ τοσοούτους
 γεγενῆσθαι. ὡς καὶ ἀναγκασθέντας εἶ νυκτὸς οὐσης πλημ-
 μελῶς ἐκπλεῦσαι, λειπομένας ἐρετῶν ἐνιας παράλκοντες ναῦς.
 τάχιστα δ' ὁ ναύαρχος ἐκείνος καὶ στρατηγὸς τοῦ Βενετικῶ 20
 στόλου δύο τῶν οἰκείων ἔλκυσας νεῶν ἐκ τῶν θαλαττικῶν
 ὑδάτων, τὰς μᾶλλον τῶν ἄλλων ταχυναυτεύσας, καὶ ὡς ἐνῆν
 ἐκ τοῦ σχεδὸν καθοπλίσας, τὴν μὲν ἐς τὴν τῶν Βενετικῶν
 ἀριστοκρατικὴν ἀπέστειλεν ἐξουσίαν, φράσουσαν τὰ πεπραγ-

enim esse duxit, eo die, si fieri posset, in omnium rerum discrimen
 pugnari, quam in longum tempus certamen protrahi, hostibus dies no-
 ctesque vastantibus agros. quare instructo exercitu ordimibusque dis-
 tributis, Atheniensibus et Thebanis in laevo cornu collocatis ipse
 dextro cornu imperans ad hostes duxit eosque ad certamen proelii
 consensendum provocat. hi statim armis sumptis navibusque fere va-
 cuis relictis initio quidem fortiter instabant; deinde vero equitum tur-
 mis alacriter in eos irruentibus peditumque legionibus ab omni parte
 clamore sublato invadentibus, impetum sustinere non poterant, sed pe-
 dem referebant proculcati atque vulnerati. noctis interventu proelio
 dirempto naves conscenderunt nequaquam tam multi, quam venerant
 neque eodem habitu sed admodum sane contrario. nam in terra ho-
 stili non minus quingenti homines occiderant neque minor militum nu-
 merus vulneribus erat affectus. quare ipsa nocte sine ordine profi-
 cisci coacti sunt, quasdam naves remigibus nudatas secum trahentes.
 Venetiae autem classis praefectus atque dux celerrime duabus navibus,
 quae prae ceteris celeres et expeditae erant, ex mari extractis rebas-
 que obviis, quantum fieri potuit, armatis, alteram misit Venetias, quae

μένα, τὴν δ' ἐς Βυζάντιον, δηλώσουσάν τε τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν-
ταῦθα Βενετικοῖς, καὶ ἅμα κατασκευομένην τοὺς πολεμίους
ὄπη πορεύοντο.

Ταύτη δὴ τῇ νηὶ καὶ αὐτὸς ἐμαυτὸν ἐμβιβάσας ἦγον **26**
5 ἄχρι τοῦ Ἑλλησπόντου· αὐτόθι γὰρ ὀρμισαμένη καὶ τὰς
κώπας σχάσασα παρὰ τὸν τῶν Τενεδίων λιμένα ἢ φέρουσά
ἡμᾶς ἐκείνη ναῦς τὸν τῶν πολεμίων ἠηκόει στόλον ἐς Χίον
κατάραντα, ἐπιμελείας τε ἕνεκα τῶν πεπληγόντων, καὶ ἅμα **f. 107 a.**
ὅσον δύνανται ἂν τοὺς τῶν τετελεύτηκόντων ἐν τῇ μάχῃ τό-
10 πους ἐκλέξασθαι, ὁπόθεν ῥᾶον ἂν εἶη σφίσι. διὸ τὰς μὲν
ἀγγελίας τῆς νίκης εὐζώνῳ τινὶ δεδωκυῖα ἀνδρὶ πέπομφεν ἐς
Βυζάντιον, αὐτὴ δ' ἀναξεύξασα τὴν ταχίστην ὄχετο ἐς Εὐβοίαν
ἀπιούσα. ἐμοὶ δὲ τέτταρας ἡμέρας ἐκεῖ περιμείναντι θεά-
15 σασθαι προσεγίνετο Τροίας ἐκείνης σκιώδη μνήματα, ἧς πο-
λὺς Ὀμήρῳ τῷ πάννυ λόγος, ὅτι μυριάνδρου στόλοι δι' Ἑλέ-
νην ἐκείνην ἐπ' αὐτὴν καταπλεύσαντες πολλοὺς τε ἀπώλεσαν
τῶν οἰκείων ἥρωας καὶ αὐτὴν μετὰ δέκα ἔτη τελέως ἐξηνδρα-
ποδίσαντο. ἐθεασάμην δ' ὁμοῦ καὶ Σκαμάνδρου ποταμοῦ
τὰς ἐκβολάς, ὅς Ἰδης ἀποβλύζει τοῦ ὄρους, οὐχ ὡς Ὀμηρος
20 ἐν Ἰλιάδι καόμενον γράφει τὰς ὄχθας ὑπὸ Ἡφαίστου δι'
Ἀχιλλεῖα τὸν Θέτιδος, καθ' ὅσον ἐκείνο αὐτονομονμένη μν-
θεύεται γλώττῃ, ἀλλὰ κρίνα καὶ λόχμας καὶ χλόας περὶ αὐ-
τὸν ὄρατα πάντα καὶ τὴν Ὀμήρου γλώτταν ἐλέγχειν ἱκανά.

potestatem aristocraticam de rebus gestis certiore faceret, alteram Byzantium, quae idem nuntiaret Venetis ibi versantibus simulque specularetur, quo hostes proficiscerentur.

Hac navi ego ipse vectus perveni ad Hellespontum, ubi quam remis inhibitibus ad portum Tenediorum in ancoris commorabamur, nuntius allatus est, hostium classem, ut saucios curaret et quantum fieri posset loco eorum, qui in proelio ceciderant, supplementa unde expeditum esset, scriberet, ad Chium insulam esse appulsam. quare navis, nuntio victoriae, quem Byzantium perferret, homini expedito commissa, ora soluta quam celerrime potuit Euboeam repetiit. mihi vero quatuor illic dies commoranti opportunitas dabatur Troiae illius obscura vestigia invisendi, de qua multus est clarissimus Homerus, quod classis innumerabilis ob Helenam in eam profecta multis heroibus amissis post decem annos funditus eam diripuit. videbam etiam Scamandri fluvii ostia, non quidem, ut Homerus in Iliade scribit, ripis a Vulcano ob Achillem Thetidis filium adustis, quatenus illud libera fabulatus lingua, sed lilia silvaeque ac herbae insigni pulchritudine circum eum florent, quibus rebus Homeri lingua mendacii satis arguitur. sit ita sane.

27 *Εἶεν. ἐγὼ δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν ὀκτάδος ἀναγομένης τυχῶν ἐς Βυζάντιον οἴκαδε ἀφικομένην, οὐδὲν νομισμάτων ἐπιφερόμενος δέκα χρυσῶν ἐπέκεινα (πάντα γὰρ μοι κατὰ τὰς περιόδους ἐκείνας ἀνάλωται) — δόξαν οὖν ἐμοὶ ταῖς καθ' ἕκαστα χρεῖαις ἀναγκαιότερα τὰ καθ' ἕκαστα καὶ λεπτότερα 5 μέρη τῶν νομισμάτων ὑπάρχειν, τῶν τοιούτων εὐθὺς ἡλλαξάμην ἐκεῖνα. καὶ προσεληλυθὼς ἐς τὴν ὑστεραίαν τοῖς τὰ ὄνια πιπρασκουσιν, εὖρον ἐκπετωκὸς τὸ ἐν χερσίν ἐκεῖνό μοι χάραγμα, καὶ ἐς τοσαύτην κάτενεχθὲν ἡμέρα μῖα τὴν ὕφεισιν ὡς τὴν τῶν δέκα μοι νομισμάτων ἐκείνων ποσότητα 10 καταβῆναι μέχρις ὀκτώ. καὶ μοι πρὸς οὓς παρεληλυθὼς τις τῶν πάλαι συνήθων, αὐθημερὸν ἐκέλευεν ἔξαντλεῖν ἅπαν τὸ κέρμα ἐς τὰ τῆς χρεῖας ἀναγκαιότερα, μὴ καθ' ἡμέρας ἀεὶ τῶν τοιούτων, ὡς ὄρεας, ἀστατούντων εὐρίπου δίκην, καταστῆ σοι ταυτὶ κεκτημένῃ κεκτῆσθαι μηδὲν ἐν βραχεῖ. καὶ μέντοι 15 καὶ ἐθαύμασα, νῆ τὸν φίλιον, ὅπως ἀνέχεται τὰς οἰκείας ἀκτίνας ὁ ἥλιος ἐπιλάμπων τῆδε τῇ γῆ. ποιεῖ δ', ὡς ἔοικε, μακροθυμίας τρόπους φωναῖς ἀφθόγγους διδάσκων ἡμᾶς ὁ λόγον μηδαμῇ μετασχών, τοὺς λόγῳ μὲν τιμηθέντας πρὸς τοῦ κοινού δημιουργοῦ, νομίμοις δ' ἀεὶ ὀυθμιζομένους ἐκεῖ- 20 θεν παραγγελίαις, ἐπαῖοντάς γε μὴν οὐδενὸς οὐδαμῇ ποθ' ὧν ἀπάντων ἐχρήν.*

28 *Ἄλλὰ πρῶτον ἔμοιγε τοῦτο λογισμῶν ἀλμυρῶν ἐγεγό-*

Ego vero navem onerariam postero die Byzantium navigaturam nactus, domum veni non amplius decem aureis nummis mecum portans, reliquis omnibus in itineribus istis consumptis. arbitratu vero, singulis rebus necessariis emendis magis idonea esse randuscula et minoris notae nummos, aureos illos hisce statim commutabam. die autem insequenti quum venalium rerum venditores adissem, abolitam esse reperiebam pecuniam, quam in manibus habebam eiusque pretium uno die adeo imminutum, ut decem illi nummi octo tantum exaequant. atque sane miratus sum, me Deus Fidius! quomodo sol sua luce hancce terram collustrare sustineat. patientiae suae rationes vobiscum tacitis ipse sermonis expertus nos a communi rerum opifice sermone praeditos docere videtur, qui, quamquam semper inde praeceptis iustis instituti atque gubernati, nihil tamen unquam eorum, quae opus sunt, cognoscamus.

Hoc igitur primum naufragium acerbas cogitationes iniecit animo

- νει ναύγιον μετὰ τὴν μακρὰν ἐκείνην ἐληλυθότι θάλασσαν, δεύτερον δ' ἢ τῶν πατριῶν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας δογμάτων κατάλυσις, δι' ἣν ἀρχόμενον ἔτι καθάπερ ὀψιγενὲς ἐν λήϊφ ζιζάνιον φέσθαι, καὶ ἅμα σοῦ προαγορευόντος ἀκούων μέλ-
 5 λειν· δι' ἔκτισιν ἀμαρτιῶν συγχωρεῖν τὸν θεὸν κατὰ τῆς ἡμῶν εὐσεβείας διωγμὸν, καὶ ξυννενοηκῶς αὐτὸς ἑμαυτὸν οὐ δυνη-
 σόμενος οἴσειν, φυγὰς ἐθέλοντης " γεγένημαι τῆς ἐμῆς ταυ- f. 107 b.
 τησι πατρίδος ἐφ' ὄλην ἤδη εἰκοσαετιάν. εἶθε θ' ἔτι προσε-
 τίθετο καὶ πλείων χρόνος τῇ φυγῇ. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικε,
 10 θαλάσσας θαλασσῶν ἀλλάξασθαι βιαιοτέρας πολλῶ τῶν ὑπε-
 ρορίων. πλείστους γὰρ ἐν ἀλλοτρίᾳ τόπους διελθόντι καὶ
 πλείστην περαιοσαμένῳ θάλασσαν, τοιαύταις οὐπω καὶ νῦν
 ἐντετυχηκέναί θαλάσσαις ξυνεπετώκει μοι, ὅτε μᾶλλον καὶ
 ὄπη μᾶλλον ἀναπνεύσειν ψῆθην ἐπανιών. πῦσα μὲν γὰρ
 15 ἐκείνη θάλαττα καὶ κλύδων ἅπας ἐκεῖ σώματος ἠπειλεῖ θά-
 νατον, οὗ τὴν ἔφοδον καὶ φήσεως ἀθανάτου ψῆφος ἐνομοθέ-
 τησε πρότερον· οἱ δὲ τῶν θείων δογμάτων χειμῶνες καὶ
 κλύδωνες ἀθανάτου ψυχῆς ἐπαγγέλλονται θάνατον, ἥκιστα
 πέρας οὐδὲν οὐδαμῇ ποι' ἐνεγκεῖν δυνάμενον. καίτοι οὐδὲ
 20 πόρρωθεν οὐδ' αὐτὸς τῶν τοιοῦτων κυμάτων τελέως ἀνήκοος ἦν.
 ἀλλὰ μέ τις ὑπέσαιεν ὅμως ἐλπίς, μεμνημένον τῆς πρὸς σὲ
 τοῦ βασιλέως φιλίας καὶ τῶν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὀμι-

quam mare illud vastum permensus essem; secundum autem patriorum dogmatum ecclesiae dei eversio; quam quum quasi lolium in arvo se-
 rotinum enasci coeptantem viderem atque te audirem praenuntiantem,
 fore, ut deus pro peccatorum vindicta persecutionem nostrae religio-
 nis admitteret, ex hac mea patria, quod id me tolerare non posse in-
 telligebam, per integros viginti annos profugus degi. utinam longius
 etiam tempus fugae addidissem! sed debebam, ut videtur, fluctibus
 fluctus multo peregrinis saevioribus permutare. quamquam enim in
 plurimis alienis locis peregrinatus plurimaque maria transvectus sum,
 nusquam tamen, in tales fluctus incidi, quales hic coortisunt, quo re-
 versus nunc quam maxime me recreaturum esse sperabam. omnia enim
 ista maria omnesque isti fluctus corporis mortem minitantur, cuius in-
 gressus etiam naturae immortalis decreto praefinitus est; sanctorum
 autem dogmatum tempestates atque procellae immortalis animae de-
 nunciant mortem, quae nullum unquam finem sortiri possit. quamquam
 autem tantos fluctus hic excitatos esse ne procul quidem plane igno-
 rabam, spes tamen admodum blanda me tenuit, quum recorderer ami-
 citiae, quae tecum imperatori intercederet, consuetudinisque illius
 nocturnae et diurnae, quam summa cupiditate ardentique animo tecum
 exercebat, priusquam ad solium imperatorum evectus esset, atque ut

λιῶν ἐκείνων, ὅποιας ἐκ πόθου καὶ φλεγομένης ψυχῆς ἐποιεῖτο πρὸς σέ, καὶ πρὶν ἐς τὸν βασιλεῖον αὐτὸν ἀναχθῆναι θρόνον, καὶ ὅπως τῆς σῆς ἐξήρητο μὲν καὶ γλώττης καὶ γραφῆς, ἀφθονωτέρους δ' αὐτὸς τοὺς ἐντεῦθεν ἐτρύγα καρπούς, ὡς εἶναι μηδένα τῶν πάντων ὅτι ποτ' ἂν οἰηθῆναι ἐνῆν ἐγγενέσθαι 5 τῷ ἦθει τροπῆν ἐκείνου τινά, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ συνεπεδιδόναί ταῖς τοῦ χρόνου τύχαις. νῦν δ' ἔλληλυθῶς καὶ μαθὼν ὡς ἐκ διαμέτρου τὰ πράγματα σταίη, καὶ ἀμοιβάς σοι διδοίη τῶν πόνων καὶ φίλτρων οἷας σοὶ μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀθλοῦντι φέρειν ἔχρη, ἐκείνῳ δ' ἐπιφέρειν οὐ μᾶλα ἔχρη 10 (οὔτε γὰρ οἱ διώκτη γενέσθαι τῆς εὐσεβείας ἔχρη, οὔθ' ὅπως ποτὲ γενομένῳ κατὰ σοῦ κινήσαι τὴν γνώμην ὅλως ἔχρη), σὲ μὲν ἐμακάρισα τῆς καρτερίας, αὐτῷ δ' ἠχθέσθην σφόδρα γε τῆς ἀπονοίας. μᾶλλον δ' ἐδάκρυσα τῆς ἀπωλείας τὸν ἄνθρωπον. καὶ μέντοι καὶ ἐθαύμασα, καὶ θαυμάζων 15 οὐ παύσομαι, πῶς τοσοῦτον ὁ ταλαίπωρος ἐλάνθανε χρόνον ἀγρίους οὕτω θῆρας κακίας ἐν τῇ λόχη βόσκων τῆς ψυχῆς. εἰ μὲν οὖν ἱεροὺς τισὶ καὶ ἀπορρήτοις εἶη λόγοις ἐνδαιτωμένον τὸ πρᾶγμα, θαυμάζοιμι μὲντ' ἂν ἀεὶ σιωπῶν, ζήτησιν δ' οὐδεμίαν οὐδαμῆ ποτὲ λύσεως προενέγκοιμ' ἂν οὐδενί. 20 ἀλλ' ἀντὶ πάντων τὰ τῆς σῆς ἀρκέσει μοι θεωρίας πρὸς θεραπείαν φάρμακα, καὶ εἰ τιν' ἄλλοσε φέρουσαν βούλοιο κοινήν ἁμι-

tuis sermonibus scriptisque devinctus uberrimos fructus inde collegisset. quare tantum aberat, ut eius mores mutationem quandam subire posse quis putaret, ut eos etiam temporis atque fortunae conditionibus incrementum capturos esse arbitraretur. quum autem post adventum meum cognoscerem, rerum statum plane contrarium esse et eum tibi pro laboribus atque amoribus gratiam talem referre, qualem tu quidem ut religionis athleta accipere debebas, ille vero haudquaquam referre debebat (neque enim religionem unquam persequi neque, si quando hoc faceret, sensum suum in te ulla ex parte mutare eum decebat), te quidem ob fortitudinem felicem praedicabam, illi autem ob dementiae suam perquam succensebam; vehementius tamen eius interitum illacrimabar. mirabar sane neque unquam mirari desinam, quomodo miser iste tantum temporis tam feras atque improbas belluas in animi latebris clam alere potuerit. si res sacris quibusdam et arcanis rationibus involuta est, tacite eam semper mirabor neque unquam ex ullo quaesiverim, quomodo expediri possit. sed prae ceteris omnibus ad meam curationem sufficientia medicamenta; quae tuae contemplationes praebent, etiam si colloquium de aliis rebus mecum instituere velis. sin autem mente doctam quandam cogitationem conceperis, ne

λίαν. εἰ δ' εἴη τις παρὰ σοὶ ταμεινομένη σχολαστικὴ τις ἐπίνοια, μὴ κατόκει καί μοι κοινοῦσθαι, φιλότης, καὶ φάρμακον ἐμοὶ μὲν ἀπορίας μακροῦς ἐπάγειν τῇ διανοίᾳ νοσοῦση τὸ μέρος τουτί, σοὶ δ' ἀναπνοὴν τινα τῶν τῆς λύπης Ὀλύμπων, ἡ ἦν σου τῇ ψυχῇ προσήνεγκαν οἱ τῶν πατρῶν δογμάτων χειμῶνες καὶ οἱ τῶν πονηρῶν ἀρχόντων ἀντίπρωροι κλύδωνες. φέρειν γάρ τι παραμύθιον οἶδεν ἐξαγγέλλειν τὰς ὅπως ποτ' ἐπιούσας ἐξ ἀφανοῦς τραγηθίας, καθάπερ καπνοῦ τῆς ὀδύνης ἀφιπταμένης διὰ τῆς γλώττης.

- 10 Ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν, περὶ μὲν λύπης, ἔφην ἐνταῦθα, φί- 30
λων ἄριστε Ἀγαθάγγελε, οὐδὲ πολλοῦ μοι πρὸς σὲ δεήσειν οἶμαι ἡ λόγου. τοσοῦτο γάρ μοι περὶ σοὶ λύπης ὅσον δήπου ε. 108 a.
χωρᾶς. χαιρέειν μὲν γάρ μοι περὶ σοὶ ἤδη πρὸς τὰς αἰωνίους ἀμοιβὰς ἀφορῶντι, αἱ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἡγωνισμέ-
15 νοις ἀπόκεινται, ὃ μέγιστον εἰς παραμύθιον τοῖς λυπουμένοις ἐφόδιον. λυποῦμαι δ' οὐκ ἄλλοι ὄντων τὸν σάλον τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸ τῶν διωκόντων ἀρχόντων ἀνάληπτον, μηδεμίαν ἐχόντων φροντίδα ψυχῆς, μηδ' οὐκ ἔστι ἐν νῦν λαβεῖν ἐσθλοῦντων ὡς ἔστι τις θεόθεν τῶν βεβιωμένων τίσις. μάλι-
20 στα δ' ἀπάντων τὸ τοῦ φίλου Καντακουζηνοῦ με δάκνον ἔστηκεν ἐγγύθεν πρᾶγμα περιφανῶς, ὅτι μοι τὴν φιλίαν ἀκηρωτον διασώζοντι πρὸς αὐτόν, καὶ τὰ βέλτεστα συμβουλεύοντι, φεῖδεσθαι μὲν ψυχῆς τῆς αὐτοῦ φεῖδεσθαι δὲ παι-

cesses, carissime, mecum eam communicare, ut animo meo ab hac parte magna consilii inopia laboranti medicinam afferas, tibi autem respirationem a maestilitate ingenti onere, quo tanquam Olympo premeris, quod patriorum dogmatum tempestates fluctusque adversi ab improbis imperatoribus excitati menti tuae iniunxerunt. solatium enim quoddam nobis adducere solet tragicarum calamitatum utcumque in nos invadentium narratio, dolore tanquam fumo per linguam evolante.

Ego vero orationem excipiens: „de tristitia, inquam, optime amicorum Agathangele apud te non multis verbis mihi opus esse arbitror. tantum enim tristitiae mihi suppetit, quantum laetitiae. laetitia enim afficior, quum specto ad aeterna praemia, quae religionis defensoribus proposita sunt, quod tristibus ad consolationem maximum offert adiumentum. maiore autem dolore corripior ecclesiae videns turbationem et Imperatorum qui eam persequantur, duritiam, qui nulla habita animae suae ratione ne sero quidem eam sibi opinionem informare volunt, a deo poenam facinorum atque vitae repeti. maxime autem me mordet atque sollicitat carissimi Cantacuzeni facinus manifesto in me commissum; is enim, quam sinceram in eum servarem amicitiam optimaque ei darem consilia, ut parceret suae animae, ut par-

δων ἄξιοῦντι, καὶ εἴ τις εἶη τῶν καθ' αἷμα προσηκότων αὐτῷ,
 ὀργῆς θείας διαδοχὴν ἀφιέντα πᾶσιν αὐτοῖς προφανῶς, ὃ δὲ
 με τῶν ἐχθίστων ἐνόμισεν ἕνα δι' ἃ με μᾶλλον ὡς εὐεργέτην
 φιλεῖν ἐχρῆν. καὶ ὅτε μᾶλλον εἶχε, τῶν σκῆπτρων ἐπειλημμένος,
 καὶ δυνάμενος, εἶπερ ἐβούλετο, τὴν φύσιν δεικνύσαι ἐν τῷ⁵
 καλλίστῳ τῆς γνώμης κειμένην, ὃ δ' ἀνεκάλυψε δέσμιον ὄνθ'
 ἑαυτὸν τοῖς ἐκ διαμέτρου κακοῖς, σκηνὴν τὰ πρὶν καὶ δρᾶμα
 ἐφήμερον ὄντα δεῖξας ἅπαντ' ἐκεῖν' ἐν βραχεῖ. διό μοι θαυ-
 μάζειν περίεστι τοὺς σοφοὺς οἳ φασὶν ἐκεῖνον περὶ φίλους
 ἐδραῖον καὶ μόνιμον εἶναι δύνασθαι, ᾧ μὴ φιλοδοξίᾳ λατρεύ-
 10 ειν ἔνεστι· τῷ γὰρ τοι φιλοδοξοῦντι φίλῳ εἶναι πάντως
 ἔποιτ' ἂν αὐτοῦ γε ἀνθρώπου, ὅτι μὴ τῆς ἀνθρωπίνης δό-
 ξης, ἧς ἕνεκα πάντα δρᾶ καὶ πᾶσιν ἐγχειρεῖ, καὶ χρόνου
 στοχάζεται καὶ τύχαις ὀμιλεῖ παντοδαπαῖς καὶ ῥᾶστα τοῖς
 τῶν ὤρων συμμεθίσταται κύβοις χαμαιλέοντος τρόπον, παν-
 15 ταχόθεν τῆς γνώμης αὐτῷ πραγματευομένης εὐκαιρίαν εἰπεῖν
 κακοδαιμονίας καὶ τοῦ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ τοῖς πᾶσιν ἄπιστα
 δεικνύσαι. γίνεται γὰρ ῥᾶστα μὲν ἐχθρὸς οἷς ἐδόκει φίλος,
 20 ῥᾶστα δ' ἐπίβουλος οἷς ἔταχος ἐδόκει σύμβουλος. οὗ χει-
 ρον μὲν οὐδὲν ἐν βίῳ ῥᾶδιον οἶμαι εὐρεῖν, καθάπερ αὖ ἐκ
 διαμέτρου τοῦ καλοῦ τὸ καὶ μόνιμου βέλτιον οὐδέν. τούτοις
 δ' ἅπασιν ἐπιστατοῦσι μὲν μυστικοί τινες λόγοι προνοίας,

ceret saluti liberorum et si quis sanguine eum attingeret, quippe qui-
 bus omnibus manifesto irae divinae vindictam in posterum relicturus
 esset, me sibi inimicissimum ob ea ducit, ob quae me potius ut optime
 de se meritum amare debebat. atque quum maxime imperio occupato
 naturam optima sentiendi ratione indutam, si vellet, exhibere posset,
 ille vitiiis prorsus ab ea abhorrentibus sese obstructum teneri luculen-
 ter demonstravit et, quaecunque antea fecisset, ea omnia nihil fuisse
 nisi acenam et spectaculum ad tempus aditum brevi manifestum fecit.
 quare non possum non admiratione prosequi sapientes, qui dicant,
 eum firma atque stabili amore amplecti amicos posse, in quo non in-
 sit cupiditas gloriae inserviendi. gloriae enim cupiditate incensus non
 poterit homini ipsi amicus esse, sed gloriae apud homines colligendae,
 cuius causa omnia agit, omnia suscipit, temporibus inservit, ad quod-
 libet fortunae genus sese applicat, facillime secundum temporum vi-
 cissitudines Chamaeleontis ritu sese commutat, animo undecunque op-
 portunitatem captante, quo furem suum, ut ita dicam, exhibeat et
 fidem omnibus infidelem praestet. facillime enim inimicus fit, quibus
 amicus videbatur, facillime insidias struit, quibus nuper consulere vi-
 debatur, quo peius quidquam in vita non facile inveneris sicuti con-
 tra honesto et constanti homine nihil est praestantius. haec omnia

τεκμαίρεσθαι δ' οὖν καὶ ἡμῖν ὅπως ποτὲ τὰ γινόμενα δίδω-
 σιν ὡς πλοῦτες καὶ δόξα καὶ αὐτόνομος ἔξουσία σαφέστερον
 ἀνθρώπου δηλοῦσι γνώμην καὶ φύσιν ἢ περιὰ καὶ ὑπεξού-
 σιος δαίαιτα. δεσμῶ γὰρ ἀδοξίαν ἀκούσιον εἰκέναι, μὴ κατὰ
 5 γνώμην ἐῶντι κινεῖσθαι. διὸ καὶ λανθάνειν ὡς τὰ πολλὰ
 μὴ τοὺς πόρρω πέφυκε μόνον, ὅτι μὴ καὶ οἷς πολὺν τινα συ-
 νεῖναι γέγονε χρόνον, τὰ ἤθη τῶν πλείστων ὥσπερ χρώμασι
 τοῖς ἔξωθεν ἐπιτηδεύμασι τὸ τῆς γνώμης βάπτοντα πρόσω-
 10 σις σίνεσιν, μηδένα μακαρίζειν πρὶν ἂν εἰς τέλος ἀφίκηται
 καὶ τέλος κάμψη βίου, μηδ' αὖ διὰ τοὺς πρὶν ἀμαρτάνειν ἐν
 βίῳ νοσήμασι καὶ διαφόροις πάθεσι κολαζομένους μέμψεσθαι
 τῇ προνοίᾳ. οἶδε γὰρ ὁ πάντα πρὸς τὸ βέλτιον μετασκευά-
 ζων θεὸς τὸ καθάπερ ἐν σποδιᾷ τῇ γνώμῃ κείμενον πῦρ
 15 " τῆς φιλοδοξίας, ὡς ἐὰν δραξῆταιί τινος ῥώμης κινούσης οἶα f. 108 b.
 πνοῆς, πολλὴν ἀνεγείρει φλόγα κακίας. οὐ μέντ' ἂν οὖν εἴη
 τῶν ἀπεικότεων, εἰ ἀπάντων καθάπαξ εἶπεῖν κἀπὶ τῷδε τάνδρῳ
 πλανηθέντων πεπλανήμεθα καὶ ἡμεῖς, τοῦ πρὸς κακίαν οὐ
 μάλα ἑτοίμον μηδαμῇ πρὸς ὑπόνοιαν εὐχερῶς κινουμένου.
 20 θαυμαστόν δ' ἂν δήπου μᾶλλον εἴη πῶς τοσοῦτον χρόνον
 ἀντέσχε νόθοις μὲν δουλεύων ἤθεσι, τὰ δ' οἰκεῖα συγκρούτων,
 πρᾶγμα δυσμαχώτατον καὶ σφόδρα γέ τι δυσκαρτέρητον. εἰ

autem arcanis quibusdam Providentiae rationibus reguntur. rerum no-
 bis ea, quae nunc geruntur, quodam modo documento esse possunt, di-
 vitias gloriamque ac liberam potestatem dilucidius hominis consilia
 atque indolem declarare, quam egestatem vitamque aliis obnoxiam. ob-
 scuritas enim ingloria in vitis iniuncta similis est vinculo quod pro cu-
 iusque arbitrio laxari nequeat. quare plerumque non solum remotio-
 ribus, sed etiam iis, qui longum per tempus cum iis versabantur, vera
 animi indoles plurimorum ignota est, quippe quum ii studiis suis quae
 prae se ferunt, tanquam coloribus animi faciem imbuunt. inde discere
 licet, quibus natura prudentiam dedit, neminem felicem esse dicen-
 dum, priusquam ad finem venerit et vitam cum morte commutaverit,
 neque vero Providentiam incusandam esse, si qui etiam, antequam
 peccata commiserint, morbis et variis calamitatibus castigentur. deus
 enim, qui omnes res in melius traducit, scit cupiditatis gloriae ignem
 in animo quasi sub cinere latentem, qui robur quoddam nactus, quo
 tanquam flatu moveatur, magnum incendium improbitatis exsuscitatu-
 rus sit. non igitur ita mirum atque in consentaneum est, si ab eo ho-
 mine, abs quo omnes prorsus fallebantur, etiam nos fallebamur, quum,
 qui ipse ad improbitatem non admodum propensus sit, haudquaquam
 facile ad suspicandum adducatur. magis autem quis mirari possit, quo

μὲν γὰρ μὴ καλὸς τὴν φύσιν ἦν, τὰ δ' οὖν πλείω τῶν κα-
 λῶν ἐς τοῦμφανὲς ἐπιτηδεύων ἐλάμβανε, θαυμάζω τῆς καρ-
 τερίας τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τότε μὲν τοιοῦτος οἶος ἐφαίνετο
 τὴν ἕξιν τῆς φύσεως ἦν αὐτός, ἣ δὲ τῆς τύχης μεταβολῆ
 ῥᾶσθ' οὕτω καὶ ταύτην μεταβεβλήκει, παρὰ τοσοῦτον ἐπαι- 5
 νεῖν οὐκ ἔχω τὸ σαθρὸν τῆς τοιαύτης ἕξεως, παρ' ὅσον ψέ-
 32 γειν οὐκ ἔχω τὰ πρὶν. τοιαῦτα γὰρ ἐκεῖνα οἷα πᾶς τις ἂν
 ἠγάπησε καὶ θεαύμακεν, ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς πεποιήκαμεν τε καὶ
 τῇ παρουσίᾳ φιλοτίμως δεδώκαμεν ἱστορίᾳ. τοιαῦτα δὲ τὰ
 μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἀντίληψιν οἷα πᾶς τις εὐσεβῶς ζῆν 10
 ἠρημένος μισήσει ἂν. θεῶ δὲ πάντως μελήσει περὶ τῆς αὐ-
 τοῦ ἐκκλησίας, ᾧ τὰ τε τῆς εὐσεβείας ἀνεῖται σκήπτρα καὶ
 τὰ τῆς ἐκδικήσεως μάλα τι ῥάδια ἐπεφύκει. ἐμοὶ γὰρ περι-
 τὸν εἶναι δοκεῖ τὰ πᾶσι δῆλα διεξιέναι. εἴρηται δ' ὁμοως
 καὶ ἡμῖν ἐν τοῖς ἀντιρρητικοῖς ὅσα πρὶν ἐπειλήφθαι γέγονε 15
 τῆς βασιλείας Καντακουζηνόν. ἐν δὲ γε τοῖς ἐξῆς αὐθις ἔνια
 τῶν ἐφεξῆς τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ παρέσχομεν ὡς ἐν διηγήσεως
 τρόπῳ, καὶ οὐ σφόδρα γέ τι ἀγωνιστικῶς. οὐ γὰρ ἄδειαν
 παρεῖχέ μοι τὰ καθ' ἡμᾶς ναυάγια. ἦν δὲ θεὸς ἐθέλη ζῶσιν
 ἡμῖν τὸν τῆς αἰθρίας ἀναλάμψαι καιρὸν καὶ δοῦναι παρρη- 20
 σίαν πλατεῖαν τῇ γλώττῃ, λελείψεται μοι λιπεῖν τῶν πάντων
 οἶμαι ἄρρητον οὐδέν. νῦν δ' εἶγε βούλοιο σὺ παρέχειν ἡμῖν

pacto iste tantum temporis alienis moribus servire, suam autem indo-
 lem celare sustinuerit id quod mirum quantum arduum est et meher-
 cule vix ferendum. si enim quamquam ipse inhoneste animo prae-
 ditus, tamen res plurimas honeste palam agendo homines fefellit, ad-
 miror eius perseverantiam; sin autem tum quidem, qualis videbatur,
 talis revera erat et fortunae commutatio etiam animi indolem tam fa-
 cile commutavit, usque adeo non possum laudare talem naturae im-
 becillitatem, quatenus res antea perpetratas vituperare nequeo. eae
 enim erant eiusmodi, ut quisvis eas amaret et admiraretur, quod etiam
 nos fecimus et hac historia ambitioso studio persecuti sumus. post im-
 perii autem occupationem ea edidit facinora, quae oderit, quicumque
 pie vivere velit. deo autem, cui religionis sceptrum permissa sunt et
 cui potestas poenae repetendae admodum expedita adest, sua ecclesia
 sane curae cordique erit. mihi enim supervacaneum videtur explicare,
 quae omnibus nota sunt, quamquam in Antirrheticis etiam ea expo-
 suimus, quae gesta sunt, antequam Cantacuzenus imperio potitus esset.
 deinde non nulla ex iis, quae insecta sunt, rursus hac historia per-
 scripsimus, narrantis partes tantum agentes, non certantis. non enim
 securitatem nobis praebuerunt nostra naufragia. sin autem deus no-

ἀφορμὰς ὁμιλίας ὡσπερ ὅσα τῆς ἐκδημίας τῆς σῆς ἀναγκαῖα
 τῇ φάσει τῆς ἱστορίας ποθοῦσι παρέσχες πατριαρχῶν τε πέρι
 καὶ ἐπισκόπων τῶν πανταχῇ τὴν ὀρθόδοξον τηρούντων πίστιν
 καὶ ἅμα γυμνῇ διδασκόντων τῇ κεφαλῇ τὰ τῆς εὐσεβείας ἐν
 5 μέσοις ἔθνεσι δόγματα, οὕτω καὶ νῦν μετὰ τὴν ἐς τὰ οἴκοι
 ἐπάνοδον, ὅσα δήπουθεν ἠκηκόεις ἐνταῦθα πρὸς τῶν πολλῶν
 ἀναμιξ καὶ ἰδίᾳ περὶ τε τῆς γενομένης παρὰ τῶν τῆς εὐσεβείας
 δικωτῶν ληστρικῆς καθ' ἡμῶν συνόδου, καὶ ὅσα περὶ τῶν θείων
 δογματῶν τῆς ἐκκλησίας ἐνστάντες ἡμεῖς ἐπεπόνθειμεν, καὶ
 10 ὅπως διαθέσεως ἔχουσιν ἡμῶν γε εἴνεκα τὰ διάφορα τῶν
 πλείστων ἦθη, ὅσοι τε τῶν εὐπατριδῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως
 τύχης τε καὶ γένους καὶ συνέσεως ἐχόντων, οὐδ' ἂν οὐδ'
 αὐτὸς γε ὀκνήσαιμι τὰ εἰκότα σοι ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ μὴν
 ἄρρωστίας καὶ ἀθυμίας ἀπάσης ὑπέρτερον πρᾶγμα θείην ἂν
 15 ἔγωγε τὴν σὴν ἀκοήν. ἀφ' οὗ γὰρ τὰς ἡμετέρας πᾶσιν ἀπέ-
 κλεισαν θύρας οἱ τῆς εὐσεβείας καὶ ἡμῶν δῆμιοι, οὐ δεδύ-
 νημαί τι σαφὲς περὶ τῶν τοιούτων μαθεῖν οὐδὲν οὐδαμῇ πω
 μέχρι καὶ τήμερον, " καὶ γίνεται μοι διὰ πλείστης ἐφέσεως f. 109 a.
 ἢ τούτων μάλα γέ τι γνώσις. ἀναλαβὼν οὖν μοι λέγε ταῦτα
 20 πάντα καθ' ἕκαστον, προστιθεὶς καὶ τὸν καιρὸν ὁμοῦ καθ'
 ὃν τε αὐτὸς ἐς Βυζάντιον ἦκες, καὶ πρὸς γε ἔτι καθ' ὃν
 ἕκαστα τούτων ἀκήκοας, ὡς ἂν καθ' εἰρμὸν ἐκεῖθεν κατιού-

bis viventibus coelum serenare nostraeque linguae largam libertatem
 donare voluerit, nulla res, opinor, a me silentio tecta praetermitte-
 tur. iam vero, si nobis nunc, ut ex peregrinatione tua, quae historiae
 naturae atque indoli convenirent, cupientibus nobis exposuisti de pa-
 triarchis et episcopis ubique terrarum orthodoxam fidem tuentibus et
 nudo capite in mediis gentilibus pietatis dogmata docentibus, ita ser-
 monem ordiri velis de iis rebus, quascunque hic post reditum in pa-
 triam promiscue ex vulgo et privatis audiveris quum de praedatoria
 synodo ab ecclesiae persecutoribus in nos coacta, tum quid nos sa-
 crosanctorum ecclesiae dogmatum defensores perpassi simus, quomodo
 denique varii hominum animi sive nobilium sive alia fortuna, genere,
 prudentia utentium nostra causa affecti sint, tum ne ego quidem ces-
 saverim, quae apta sunt, tibi respondere et vel valetudinis imbecilli-
 tate animique aegritudine posthabita tuam audire narrationem. quo
 enim ex tempore nostras fores omnibus clausurunt nostri et ecclesiae
 carnifices, nihil omnino de talibus rebus usque ad hunc diem accura-
 tius discere potui, quamquam earum cognitio maxime mihi in optatis
 est. ad propositum igitur regressus omnia mihi singulatim exponas,
 addito etiam tempore, quo Byzantium redieris et quo quidque audive-

σης τῆς διηγῆσεως εὐπαρακολούθητος καὶ ἡμῖν ἢ τῶν τοιούτων ἐγγίγνοιτο μάθησις ἐκατέρωθεν ἐκατέροις.

- 33** Ὁ μὲν δὴ χρόνος καθ' ὃν ἐπανιῶν κατέπλευσα, φησίν, ἐς Βυζάντιον, μετὰ κυνὸς ὑπῆρχεν ἐπιτολάς, λήγοντος ἤδη τοῦ θέρους. εὐθὺς οὖν ἀποβάς τῆς νεῶς οἰκάδε ἀφικόμεν, 5 καὶ οἰκουρῶν διετετελέκειν ἡλίους ἐξῆς πεντεκαίδεκα, ἀναλαμβάνων τε ἑμαυτόν, καὶ τὴν ἐκ θαλάττης ἡρέμα καὶ κατὰ μῆκρον ἀπαστριβόμενος ἀηδίαν. καὶ μὲν δὴ τῶν ἡμερῶν μεταξὺ τουτωῖ προσιόντων ἄλλοτ' ἄλλων φίλων καὶ ὁμιλούντων ἡμῖν ἀκριβῶς ἀηχοῦμαι μοι γέγονεν ἅπαντα, τὴν τ' ὀνομαζομένην 10 οὕτωςί πως σύνοδον, ὅπως τε ἐσχεδιάσται, καὶ ὅσα πέπρακται παρανόμως ἐκεῖ πρὸς τῶν προέδρων τῶν Παλαμᾶ συμμαχοῦντων καὶ ἀνακεκαλυμμένως ἐπιπορεύοντων, ἔτι τε ὅπως τὸ μὲν τῆς πολυθείας ἠκύρωται δόγμα, τὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου μυστήριον οἰκονομίας ἀνήρηται. καὶ πρὸς γε τοῖς ἄλλοις, 15 ἃ μὴ ἀκοῇ σωφρονεῖν δι' εὐσέβειαν προαιρουμένη διδόναι χρεῶν, κακεῖνα δηλαδὴ ὅσα βαρβαρικῶς τε καὶ θηριωδῶς εἰργασται πρὸς τῶν ποιμαίνειν λαχόντων τὴν ἐκκλήσιαν, περὶ ὧν ὁ κύριος ἔφη "ποιμένες ἠφρονεύσαντο, ποιμένες διέφθει-
- 34** ραν τὸν ἀμπελῶνά μου." καὶ ἅμα τὸν ἐπὶ τούτοις φρικω- 20 δέστατον καὶ παντοδαπὸν διωγμὸν, καπεῖτα ὅπως τε διητέχθησαν ἔνιοι κατ' ἐνίων ἐπίσκοποι, καὶ σχεδὸν ἅπαντες καθ' ἀπάντων, ὡσπερ ἐκ μεταμέλου τὸ μέγεθος τῶν σφετέρων ἀτο-

ris, ut narratione inde ex ordine procedente utrique nostrum cognitio rerum ab utraque parte perspicua evadat.

rant. tunc aberat Coccinus, qui episcopatum urbis sortitus erat. Coc-
 cinus enim pastorius pater ab igneo et esferato vultu appellabatur.
 versabatur tum temporis Byzantii, ubi novis Palamae commentis omni
 animo atque studio deditus gregis sui parum habita ratione verae fidei
 persecutionem accendebat, imperatori vero ex somniis et tripode ne-
 scio quo vaticinio magnas sane atque ineffabiles res pollicebatur, im-
 perii nimirum amplificationem, orientis et occidentis ditionem, quae
 nullo negotio persecutionem et vestigio insecutura esset. at enimvero
 quum Coccini praesagium prorsus secus caderet, in magnas iniectus
 est difficultates imperator, ut quod heri vel nudius tertius admisit et
 lubentissime credidit, id iam ambiguus versaret cogitationibus et vehe-
 mentissima consiliorum fluctuatione agitatus nugas istas abiiceret atque,
 quos non puderet in tam manifestis mendaciis deprehendi, multis op-
 probriis obrucere conaretur. sed rursus ille praesagiorum auctor ad
 eum accedit; veritatem falso interpretando et certam simplicitatem
 transcurrando eum sibi reconciliat; hanc adversarii cuiusdam spiritus
 esse vim dicit, qui ardorem pietatis restinguere et persecutionis cur-
 sum fraudulententer inhibere velit. „haec etiam exploratio quaedam est,
 inquit, a deo instituta et praelusio fortasse futurae beatitudinis, ne

σθαί οἱ προοίμιον, ἵνα μὴ τῆς χαρᾶς ἐκείνης ὑπερβολῇ
 πρὸς οἴησιν ἀρθῇ σου, φησί, τὸ φρόνημα, καὶ τῶν ἐπηγγελ-
 μένων σὺ τότε μᾶλλον ἐκπέσης, καὶ ἡμεῖς τῶν μεγάλων ψευ-
 σθῶμεν ἐλπίδων· οὐς γὰρ ἂν ὁ θεὸς ἀνάγειν ἐθέλοι πρὸς
 5 μειζόνων πραγμάτων ἐπιστάσιαν, δοκιμωτέρους ποιᾷ, προ-
 γυμνάζων διὰ σμικρῶν τινῶν περιστάσεων. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν 15
 τοιαῦτα τῆς ἀληθείας κατεψεύδετο, καὶ οὕτω τῆς εὐσεβείας
 ἀναιδῶς κατορχεῖτο, τοῦ δὲ ποιμνίου σπαρραττομένον μάλα
 πικρῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐκεῖ καὶ ἀφειδῶς ὑπὲρ χρημάτων
 10 πάντων καὶ παντοδαπῶν αἰκίζομένον νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέ-
 ραν ἡμέλει, καὶ δευτέρα πάντ' ἐνόμιζε τῆς ἐς τὸν τῆς πίστεως
 διωγμὸν σπουδῆς, καὶ οὐδὲ τὸν προφανῆ τοῦτον ἔλεγχον προ-
 φανῶς ᾔδειτο· ὁ γὰρ ὁ μέγας πάλαι πεποίηκε Κωνσταντι-
 νος (τοὺς γὰρ νεωτερίζοντας τότε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν ἐν
 15 Ἱεροσολύμοις ἀνανεοῦσθαι νεῶν ἐγχειροῦντας, συνειληφῶς,
 καὶ σφῶν τὰ ὄτα λωβησάμενος, μαστιγοφόρους περιάγειν τε
 καὶ μαστιζεῖν παρέσχε τὸ τῆς γνώμης ἀκόλαστον μετὰ τῆς
 σαρκός, μὴ καὶ πλείοσιν ἄλλοις στήλη κακίας ὁ νεωτερι-
 σμὸς αὐτῶν καταστῆ), τοῦτο πέπραχεν ὁ θεὸς ἐνταυθοῖ,
 20 τὸν ἀσεβῆ ποιμένα τῆς πόλεως ἐλέγχων ἐκείνης καὶ τὰς
 τούτων φανλίζων προρρήσεις, καὶ ἐκπομπέων τοὺς τῶν
 μακρῶν ὄνειρων ἐκείνων λήρους ἐν μέσῃ γῆ τε καὶ θα-
 λάσῃ, στήλης ἀπάσης ὑπέρτερον. ὥς γὰρ Ἰουδαίους Κων-
 σταντῖνος ἐκείνους κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐλωβήσατο ᾧ πάντων

immodico gaudio elatus arrogantem de te concipias opinionem et ita promissis ipse excidas, nos vero magna spe fraudemur. quos enim deus ad maiorem rerum moderationem provehere vult, eos exiguis quibusdam molestiis praeprae et probatioris reddit. tantis igitur mendaciis ille veritatem contaminabat; tam impudenter religionem illudebat; gregis vero sui acerbissime ab hostibus laniati et crudeliter omnibus rebus opibusque diu noctuque spoliati nulla habita ratione nihil antiquius ducebat, quam ut fidem persequeretur nullum pudorem prae se ferens, quamquam tam manifesto improbitatis convictus erat. quod enim Constantinus magnus quondam fecit, quum Iudaeos, qui rebus novis studebant et templum Hierosolymis denuo aedificare conabantur, comprehensos auribus circumcisis a flagellantibus circumduci et animi temeritatem una cum corpore flagellari iuberet, ne pluribus quoque aliis talis rerum novatio improbitatis quasi monumentum esset. — hoc idem fecit deus, quum impium illius urbis pastorem coargueret, praesagia in vanum verteret, nugas longorum istorum somniorum in media terra atque mari magnificentius diffamaret, quam ullo monumento id fieri potest. ut enim Constantinus Iudaeos ea corporis

μάλιστ' ἀκούειν καὶ συνιέναι προσῆκε τῶν τοῦ σατῆρος προ-
 ρήσεων, τὸν μὲν παντελῆ τῆς οἰκοδομῆς ἐκείνης ὄλεθρον προει-
 πόντος, τὴν δ' ἀναβίωσιν οὐδαμῆ γε προσθέντος, οὕτω νῦν
 ὁ θεὸς ἐνταυθαῖ πρῶτον αὐτὸν τὸν τὰς μαντείας ὑπέκκαυμα
 τῆς τοῦ διωγμοῦ φλογὸς παρεισάγοντα κατὰ τῆς εὐσεβείας τῷ⁵
 βασιλεῖ χλευάζων, καὶ τῆς ὄνειροσκοπικῆς αὐτοῦ λαμπρῶς
 ἀναμοχλεύων τοὺς τρίποδας, τοῦ ποιμνίου πέπραχεν ἄλλότριον,
 f. 114 b. ἀνάξια δρωῶντα " ποιμαντικῆς ἀπάσης καὶ θεοῦ, μονονουχί
 τῶν πραγμάτων βωόντων αὐτῶν ὡς ἐχρῆν μὲν ὑπὸ βασιλέως
 τῆς ποιμαντικῆς ἐξωθεῖσθαι τὸν ἀσεβῆ ποιμένα, ἐπεὶ δ' ἀντί¹⁰
 τοῦ κολάζειν ὃ δὲ καὶ στεφανίτην ἀνέδειξε, κοινὸν ἀμφοῖν
 ἐπάγει λοιπὸν ὁ θεὸς τῆς ζημίας τὴν δίκην, μηλόβοτον μὲν
 καταστήσας τὴν πόλιν, τὸν δὲ λαὸν φεῦ πανταχῆ διασπείρας
 τῆς οἰκουμένης, ἔν' αἰσθῶνται πάντες ὁμοῦ τε τῶν ἐλέγχων
 τῆς ἀσεβείας, καὶ οἶα τῶν πονηρῶν σπερμάτων εἰσὶ τὰ γεώρ-¹⁵
 για, ἢ μᾶλλον τὰ τῶν μελλόντων δεινῶν προοίμια.

16 Μετὰ μέντοι τὴν παντελῆ τῆς Ἡρακλείας ἐρήμωσιν
 καὶ ἀπώλειαν ἀφικέσθαι ἔδοξε Λατίνοις καὶ σιῆσαι πάσαις
 ὁμοῦ ταῖς ναυσὶ παρὰ τὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόμα καὶ
 τοὺς ἐκέισε λιμένας, οὐ πάνυ πολλῶ τινὶ διαστήματι τοῦ²⁰
 Γαλατωνύμου φρουρίου ἀπέχοντας, κάκειθεν περὶ σκοπῶν
 πρὸς βασιλέα πρέσβευεσθαι. καὶ μέντοι καὶ ἐλληλυθῶσι προσετέ-
 θησαν σφίσι καὶ ἑτεραι τριήρεις πέντε, ἄλλους τε ἔχου-

parte foedavit, qua maxime Salvatoris praedictiones, qui planum quidem aedis excidium praenuntiavit, resurrectionem autem eius neutiquam addidit, audire atque intelligere debebant, sic etiam deus tunc istum hominem, qui vaticinia tanquam fomitem persecutionis in religionem imperatori iniecit, in ludibrium vertendo eiusque somnia tripodesque splendide convellendo a grege abalienavit, pastorali munere et deo indigna facientem, tantum non rebus ipsis clamantibus, impium pastorem ab imperatore a pastorum removendum esse. quum vero hic, quem multare debebat, eum adeo victorem proclamaverit, deus iam comnenae ambobus iudicium communemque poenam adducit, urbe ovibus pro pascuo data, hominibus eheu! per totum orbem terrarum dispersis, ut omnes eos impietatis convictos esse sentirent et quae-nam malorum seminum fruges vel potius futurarum calamitatum essent praelusiones cognoscerent.

Heraclaea funditus vastata et deleta Latinis placuit cum omnibus navibus ad ponti Euxini ostium eiusque regionis portus, non ita magno intervallo a castello Galatae distantes, cursum dirigere et inde de foedere cum imperatore agere. quo quum venissent additae iis sunt quin-

σαι κατ' ἐκλογὴν ἄνδρας τῶν τοῦ φρουρίου τὰ πρῶτα φε-
 ρόντων οἰκητόρων, καὶ οὓς ἀνόμαζον τέως λευκοφόρους,
 ὡσπερ τοὺς τῆς Ἀλεξάνδρου πάλαι τῆς Μακεδόνι κατ' ἐκλογὴν
 παρασπίζοντας ἐκείνους λευκάσπιδας. ὡσπερ γὰρ ἐκεῖνοι διὰ
 5 τὸ τῶν ἀσπίδων χρῶμα, οὕτω νῦν οὗτοι διὰ τὴν τῶν ἐνδυ-
 μάτων λευκότητα λευκοφόροι καλεῖσθαι ἐνόμισαν, καὶ εἶναι
 ἐπίσημοι διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀνδρίαν, ἣν ἐπηγγείλαντο φιλο-
 τίμως ἐνδείξασθαι κατὰ τὴν ἐνεσιῶσαν μάχην ἄχρι θανάτου,
 ἐνὶ πάντες ὄραφ δημοσίῳ προκαταδήσαντες ἑαυτοὺς ἀφειδή-
 10 σαι τελῶς τοῦ σώματος. ἦσαν δ' οὗτοι πεντακόσιοι τὸν
 ἀριθμὸν. ἀλλὰ γὰρ ὁ τῶν Γεννοιτικῶν στόλος ἐς πέντε καὶ
 ἐξήκοντα τριήρεις ἀνηγμένος, ἐπρεσβεύοντο μετὰ παρρησίας
 ἤδη πρὸς βασιλεία, τὰ τε ἄλλα τῆς πρεσβείας ἐγγηγεύοντες εἰς
 15 καὶ τὸν μεταξὺ διὰ τοὺς ἐπενεχθέντας κλύδωνας μερισμὸν
 καὶ ἀποστροφὴν ἐς τὰ οἴκοι. τοῦ μέντοι βασιλέως τὴν ἐκεί-
 νων βεβαίως ἀφιξίν προσδοκῶντος, καὶ ἀποστρεφομένου
 προθέσειν ὄλαις ψυχῆς τὴν πρεσβείαν, ἀποτυχόντες πέμπουσι
 παρὰ τὰς τῆς Ἐυξείνης προβεβλημένας πόντιν παραθαλασσίους
 20 πόλεις Ῥωμαίων τριήρεις δέκα, αἱ δὲ καὶ δυοῖν ἡμέραιν
 ἀγωνισάμεναι Σωζόπολιν εἶλον, βαθυπλουτὸν τε καὶ πολυάν-
 θρωπον πόλιν Ῥωμαίων, πλεῖον ἢ χιλίους σταδίους ἀπέχου-
 σαν τοῦ Πόντου ἀνέχους. ὁ δὲ βασιλεὺς τάφρους τε ἀνέ-

que novae triremes cum viris ex proceribus castelli delectis, quos
 leucophoros vocabant, ut quondam milites delecti, qui Alexandrum
 Macedonem in acie scutis tegebant, leucaspides appellati sunt. sicuti
 enim hi ex colore scutorum, sic tum illi ex vestium candore leuco-
 phori appellari solebant; insignes erant animi virtute, quam instanti
 proelio alacriter se usque ad mortem exhibituros esse profitebantur;
 nam uno omnes publico iureiurando obstricti erant, sese vitae omnino
 non paruros esse. numerus erat quingentorum. classe igitur ad
 sexaginta quinque triremes aucta Genuenses iam palam atque libere ad
 imperatorem legatos miserunt, qui quum alia ad persuasionem attule-
 runt, tum hoc vel maxime: Venetorum naves in errores abactas at-
 que dein tempestatis fluctuumque vi dispersas domum rediisse. impe-
 ratore autem constanter earum adventum exspectante et legationem
 toto animi affectu aversante, illi spe frustrati decem triremes ad Ro-
 manorum urbes ad Pontum Euxinum sitas mittunt, quae post duorum
 dierum certamen Sozopolin ceperunt, divitiis refertissimam hominibus-
 que frequentissimam urbem Romanorum, amplius quam mille stadiis
 a Ponti faucibus disiunctam. imperator autem maritima moenia impe-

ρυττε κύκλω περι πᾶν τὸ παράλιον τεῖχος τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, τὰς τε τῶν τειχῶν ἐπάλξεις ἐς ὕψος ἀνήγε καὶ ὠχύρου, ξυλίλους ἐποικοδομῶν καὶ περιστέφων πύργους καὶ ἡμιπύργια. οἱ δὲ Γενοῦνται νῦν μὲν ἠπέιλουν, νῦν δ' ἐπρεσβεύοντο περι σπονδῶν. ἐπεὶ δ' ἐλπίδας ἐξ ἐλπίδων στρεφόντων ὁ χρόνος ἐτίβητο καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐπέλιπε σφίσι, εἰς ἀνάγκην ἦσαν σπεύσασθαι τοῖς τὴν Βιθυνίαν ἔχουσι Πέρσαις.

115 a. πρεσβεύονται τοῖνυν πρὸς τὸν ἡγεμόνα σφῶν, καὶ δῶρα ἵ τὰ μὲν πέμπουσι τὰ δ' ἐπαγγέλλονται, συμμαχους εἶναι σφίσι παρακαλοῦντες διηνεκεῖς, καὶ φόρους ἐτησίους λαμβάνειν πο-
λυταλάντους καὶ παντοδαπούς.

116. Τούτων δ' οὕτω γιγνομένων, λῦπαι μακραὶ τὴν ψυχὴν ἐδαπάνων τοῦ βασιλέως, τὴν ἀπουσίαν ἐς πολὺν παρατεινούσαν χρόνον ὄρωντος τῶν Βενετικῶν νεῶν. ἵνα γὰρ ἐς τὸ πρότερον ἵχνος τοῦ λόγου ἐπανακάμψωμεν, κατέπλευσαν μὲν 15 ἐκεῖναι πρῶτον ἐς Κρήτην ἀπαθεῖς ἠθροισμένοι τοῦ φθινοπώρου μεσοῦντος, τριάκοντα μὲν, ὡς φασί, τῶν Κατελάνων, ἑβδομήκοντα δὲ τῶν Βενετικῶν. ἔνθα καὶ πλείστας ἡμέρας διατετρίφασι, τὰ ἐπιτήδεια ἱκανῶς ἐσκομιζόμεναι. ἔπειτ' εὐπλοίας γενομένης ἀνήχθησαν, καὶ μήπω δυοῖν ἡμερῶν ἀνύ-
σασαι πλοῦν χειμῶνι δεινῶ κατὰ τὸ Ἰκάριον περιεπεπτώκε-
σαν πέλαγος, τῶν ἀπ' ἄρκτου ῥεόντων πνευμάτων σφοδροτέρων ἤδη κατὰ τοῦ Αἰγαίου χεθέντων πελάγους. κἀντεῦθεν

urbium circumcirca fossis muniit, propugnacula muri ligneis turribus et turriculis aedificatis atque circumstructis altius excitavit et firmavit. Genuenses tum minis iactatis tum, qui de foedere agerent, missis quum spe vana tempus tererent et inopia alimentorum opprimi coepissent, cum Persis Bithyniam incolentibus foedus facere coacti sunt. legatis igitur ad eorum principem missis donisque partim oblati partim promissis adhortabantur eos, ut perpetuo sibi socia arma iungerent; quod si facerent, annua tributa magna et multiplicia eos accepturos esse.

Dum haec geruntur, magna tristitia imperatoris animum exedit, quum videret, Venetarum navium adventum in longum tempus differri. ut enim ad id, unde digressi sumus, revertamur, naves illae universae primum ad Crctam integrae incolumesque medio auctumno appulere; triginta dicuntur fuisse Catelanorum, septuaginta Venetorum. ibi complures dies commoratae rebus necessariis abunde importatis, secunda tempestate quum inde in altum provectae essent nondum duorum dierum cursu confecto tempestate ingenti in mari Icario corripuntur, ventis ab septentrionibus in mare Aegeum iam vehementius irruentibus.

ἀλλήλων διαζευχθεῖσαι κατὰ πλείω καὶ ἤττω γε μέρη, αἰ μὲν
 ἐς Κρήτην παλιδρομοῦσιν, αἰ δὲ τῇ Εὐβοίᾳ προσώκειλαν,
 αἰ δὲ τῶν Κυκλάδων ἤψαντο νήσων. ἔναι δὲ καὶ ἀπώλοντο,
 βράχουσι καὶ τεναγώδεσι τόποις νυκτὸς προσρηγνύμεναι. ἐπεὶ
 5 δ' ἐς Βενετιάν σφίσιον ἐπανιέναι οὐκ ἦν (τὸ γὰρ ἄπαξ ἐκεῖ
 τῇ βουλῇ κυρωθὲν ἅλυστα νόμου ἰσχύοντα εἶναι συμβαίνει,
 εἶναι δ' αὐτοῖς ἐκεῖθεν προστεταγμένον δυοῖν θάτερον, ἢ νι-
 κητὰς ἐπανιέναι τῶν πολεμίων, ἢ πολεμίοις ἅμα πάντας ἐκεῖ
 σφαγῆναι χερσί, τῷ δ' ἄλλως ἐπανιόντι θάνατον εἶναι τὸν
 10 αἰσχιστὸν τοῦπιτίμιον, ἀπάσης προφάσεως λίαν ὑπέριον),
 εἰς ἀνάγκας ἤεσαν ἅπασαι τὰς αὐτάς, εὐθὺ Βυζαντίου ἐλαύ-
 νειν ἕκασταχόθεν ἀπάσας ἐν ὁμοίᾳ τῇ γνώμῃ. συνέβη τοίνυν 19
 συχρῶν ἡμερῶν σποράδας ἠθροῖσθαι τριήρεις ἐκ τούτων δύο
 καὶ ὄγδοκοντα, αἰ δὲ καὶ μετὰ βραχὺ κατέπλευσαν ἐς Τέ-
 15 δεδον μάλα μόλις· χειμῶνι γὰρ περιέτυχον αὔθις, μετρίῳ
 μὲν, ἐνέτυχον δ' οὖν. ἡμέρας δ' ἐκεῖ συχρὰς περιμείναντες
 τοῦ χειμερίου κλύδωνος, ὅσον ἐφικτὸν, ἑαυτὰς ἀνελάμβανον.
 νοτίων δ' ἔπειτα πνοαῖς ἐξ οὐρίας γενομένων ἀνήχθησαν ἑω-
 20 θεν. περὶ δὲ δεῖλην ὄψιαν ἀντιπλοίας γενομένης σφίσιον ἐκ
 πρῶρας, ἐς μίαν τῶν ἐν Χερρονήσῳ πόλεων προσωρμίσθη-
 σαν, καλουμένην Σηστόν. κάκειθεν αὔθις μετὰ πόλλας τὰς
 ἡμέρας ἐξέπλευσαν, νότου μαλακοῦ μὲν τὴν ἀρχὴν γενομένου,
 τραχυθέντος δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν τοσοῦτον ὥστε μόλις ἐδυ-

tum in singulos vel maiores vel minores partes divisae partim Cretam redeunt, partim ad Euboeam deferuntur, partim insulas Cyclades tenent. complures naves intereunt, nocte in breviam atque vadosa loca compulsae atque contractae. quum autem Venetias redire iis non liceret (quod enim semel a senatu decretum est, id habet vim legis firmissimae: ab eo autem imperatum erat, ut aut victores redirent aut omnes hostium manibus interficerentur: aliter qui rediret, foedis-
 sima nece punitum iri, quae nullo praetextu nullaque causa averti posset), quum sic se igitur res haberet, omnes eadem necessitate coacti undique simili consilio recta Byzantium cursum direxere. Ita factum est, ut ex triremibus illis multos dies dispersis octoginta duae convenirent, quae brevi tempore interposito vix aegreque Tenedum tenebant, quum iterum in tempestatem inciderent, modicam quidem, sed tempestatem tamen. ibi aliquot dies commorati quum ex tempestatum fluctuumque calamitate, quantum fieri potuit sese recreassent, austro secundo flante oriente sole in altum provecti sunt; sub vesperam autem adversa tempestate exorta appulerunt ad urbem quandam in Cherroneso sitam, quae Sestus dicitur. inde multis elapsis diebus disces-

νήθησαν ταῖς τῆς Προποντιίδος προσεληλυθέναι νήσοις, δυοῖν
 δέουσαι ἑβδομήκοντα, τοῦ χρόνου τηρικαῦτα τὰς τοῦ χειμῶ-
 νος ἐσχατίας παραθέοντος, καὶ μέλλοντος ὅσον οὐδέπω τὰς
 τῆς ἡρινῆς ἰσημερίας ἀνίσχειν τροπιάς. κάπειδὴ λιμὴν ταῖς
 νήσοις ἐκείναις οὐκ ἦν οὐδαμῆ τοσοῦτη στόλῳ προσήκων, με- 5
 L 115 b. τέρωροι νυχθημέροις δυοῖν ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευον ἅπασαι ἴκάνυ
 τι πλημμελῶς, τοῦ τε κύματος κάτωθεν ἀνοιδοῦντος, καὶ τοῦ
 πνεύματος οὐδαμῆ πω λήξεως μεμνημένου. ἧ γὰρ ἂν ἐνῆν
 καὶ Γεννουίταις ἐπὶ σφᾶς ἐξαίφνης πλευσεῖσθαι, πάλαι τοῦτο
 μελετηθὲν αὐτοῖς καὶ παρασκευασθὲν κεκοπωμένοις ἐπεισπε- 10
 ●● σεῖν κατὰ τὸν ἀνάπλουν. καὶ ταῦτα μὲν τῆδὲ πη ἔσχεν·
 ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἦν ἐς πλεόν οἰδ' ἐνταυθοῖ καθημένοις
 θαλάττῃ καὶ κύμασι μάχεσθαι καὶ πνεύματι τραχυνομένῳ
 διηνεκῶς, ἄραντες ἐκείθεν τριταῖοι περὶ δείλην ὀψίαν κατή-
 σαν ἠρέμα καὶ μοχθηρῶς ἐς τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα. 15
 καὶ ἅμα τριήρεις ἐντεῦθεν ὀκτώ ἀναχθεῖσαι Ῥωμαϊκαὶ συν-
 διέφερον τὴν καταγωγὴν καὶ συνεκρότου, προάγουσαι καὶ
 χειραγωγοῦσαι. ἀλλὰ πρὶν ἄψασθαι γῆς, ἐπιπλέουσιν ἐξ-
 αἴφνης αὐταῖς αἱ Γεννουιτικαὶ τριήρεις, ἐφεδρεύουσαι πάλαι
 πολὺν τινα χρόνον. καὶ πρῶτα μὲν τριήρεις ταχυναυτουσᾶς 20
 σύνδυο καὶ σύντρεις ἐκ διαστήματος ἐς πρύμνων ἐκείνων
 προῦπεμψαν, κάπειτα ἐσπουδασμένην τινὰ καὶ μάλα τι σφό-
 δρα κατόπιν ὄξειαν αἱ πᾶσαι τὴν ἔφοδον ἐποιοῦντο, ὡς ἐς
 ἀνάγκας λέναι Βενετικούς, καίπερ οὕτω κεκοπωμένους καὶ ἐν

sere placido austro initio quidem flante, postero die autem usque adeo
 increbrescente, ut aegre ad insulas Propontidis cum sexaginta octo navi-
 bus pervenire possent exeunte hieme et aequinoctio verno iamiam appe-
 tente. quum vero portus, qui tantam classem capere posset, illis insulis
 non esset, per duorum dierum noctiumque spatium in alto omnes naves
 temere, in ancoris fluitabant, fluctu ab imo intumescente neque tem-
 pestate unquam considente. fieri etiam potuit, ut Genuenses derepente
 in eos cursum intenderent, qui iam diu id agebant atque parabant,
 ut eos inter navigandum defatigatos adorirentur. haec quidem res
 sic se fere habebat. quum vero haud diutius cum mari atque flucti-
 bus, tempestatis vi non remittente, confictari possent, ancoris subla-
 tis inde provecti tertio die sub vesperam tarde atque aegre in por-
 tum Byzantinum navigabant, octo trirēmibus Romanis trahendo et du-
 cendo appulsum in portum adiuvantibus et sublevantibus. verum prius-
 quam appellerent, trirēmes Genuenses iam diu iis insidiatæ repente
 adnavigant. atque primum quidem expeditis navibus binis et ternis
 ex intervallo in puppes eorum praemissis cum omnibus navibus omni

οὕτω ἀστατούσῃ θαλάττῃ διὰ τὸν τότε κλύδωνα, συνάψαι
 τὴν μάχην αὐτόθι. στρέψαντας οὖν ἐπὶ σφᾶς ἤδη τοὺς πο-
 λεμίους οἱ Γεννοῦται τὰς πρῶρας ἰδόντες πρῦμας τε ἐκρού-
 σαντο εὐθύς, καὶ ἀμταστρεπτι παρὰ τὸν ἀρχένα τοῦ Πόν-
 5 του καὶ τοὺς συνήθεις λιμένας κατέφρουγον. οἱ δ' ἐπέκειντο
 διώκοντές τε καὶ βάλλοντες κατὰ πώτου. τέτταρας αὐτοῦ παρὰ
 τὸν λιμένα διὰ τὸν κλύδωνα μικρὸν τι ῥαγείσας ἐν ταῖς ἐκεῖ
 προβλήσῃ τῶν πετρῶν καταλειπούτες, τριήρεις. καὶ ξύν γε ■
 αὐταῖς αἱ Ῥωμαϊκαὶ συνεξέθειον ἐκείναι, τὸν ἐκείνων θυμὸν
 10 ἀναζωπυροῦσαι τε καὶ ἀναφλέγουσαι πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ
 μὲν δὴ τετύχηκε συρραγῆναι σφᾶς κατ' ἀλλήλων ὅπη κίονες
 διπλοῖ σχῆμα τάφου τινὸς ἀνέχοντες ἴστανται. ἐκεῖ γὰρ ἐπ'
 ἀλλήλους μάλα τι καταπληκτικῶς καὶ εὐρώστως ἠρμήσαντες
 ἐναυμάχουν, καὶ μάλιστα πάντων ἐνθεν μὲν οἱ Κατελάνοι,
 15 ἐκεῖθεν δ' οἱ πεντακόσιοι λευχεῖμονες ἐκείνοι, συχρὰ ἐπεκθέον-
 τες ἐκ τῶν ἰδίων ἐς τὰς ἀντιπάλους ἐκάτεροι ναῦς, καὶ νῦν
 μὲν ἐντεῦθεν ἐκείσε νῦν δ' ἐκεῖθεν ἐνταῦθα περιειλούμενοι,
 καὶ ἀγχιστροφούς τελοῦντες τὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομὰς,
 καὶ ἀφειδῶς ὑπ' ἀλλήλων ῥηγνύμενοί τε καὶ ῥηγνύντες, καὶ
 20 τῶν ἰδίων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν ὡς ἀλλοτριῶν ἀφειδοῦντες
 ὁμῶς καὶ θηριωδῶς καὶ εἰ μὴ νύξ ἐν βραχεῖ διέκομεν ἐπιούσα
 τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην, τάχ' ἂν ὑπ' ἀλλήλων καὶ τῆς θαλάττης
 ἐκεῖ διεφθείροντο πάντες· διελίθισαν γὰρ οὐ μάλα ἐπόντες

celeritate et studio incitati a tergo illos invadunt, ut Veneti quam-
 quam valde defessi in mari fluctibus vehementissime tunc turbato
 proelium committere necessario cogentur. Genuenses igitur quum
 eos iam in se proras convertentes viderent, puppibus confestim re-
 troactis celerrima fuga fauces Ponti et solitas portus petiere. illi au-
 tem acriter instantes a tergo eos caedebant, quattuor navibus, quae
 fluctibus ad saxa in mare eminentia paene fractae erant, ad portum
 relictis. una cum iis etiam Romanae illae triremes egressae animos
 eorum ad pugnam inflammabant atque accendebant. accidit vero, ut
 contenderent inter se eo loco, ubi binae columnae speciem sepulcri
 cuiusdam exhibent. ibi enim terribilem in modum summa fortitudine
 congressi proelium navale commiserunt; omnes vero pugnandi ardore
 una ex parte Catelani, ex altera parte quingenti illi Leucophori supe-
 rabant: utrique saepe ex suis navibus in hostiles excurrere, tum ex
 hac parte in illam, tum ex illa in hanc partem urgeri, celeres ex-
 cursiones subitasque incursiones conficere, crudeliter sese invicem
 caedere, sui sanguinis et corporis quasi alieni atrociter et efferate
 nullam prorsus habere rationem. nisi noctis interventu brevi tempore

ἐκατέρων ἐκάτεροι περὶ δευτέραν μύγισ πον καὶ τρίτην ὥραν
 l. 116 a. τῆς " νυκτός.

Τῆς δ' ὑστεραίας ἐπιούσης καὶ τὰ τῆς ἐσπέρας ἐκείνης
 ἀνακαλυπτούσης ἔργα, ὤφθησαν αἱ μὲν Βενετικαὶ τριηρεῖς ἄνω
 πον περὶ τὸν Θεραπεάν λεγόμενον οὐτωσί πως λιμένα, πλη- 5
 σίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος, ὁρμοῦσαι, αἱ δ' αὖ Γεννουι-
 τικαὶ πρὸς ἕω παρὰ τὰς ὄχθας τῆς Χαλκηδονίας μετέωροι
 ΒΒ σαλεύουσαι, μικρὸν ἐνδοτέρω τῆς ψάμμον. τὸ γὰρ ἐσπέριον
 πεφόβηται μᾶλλον μέρος ἢ τὸ πρὸς ἕω διὰ γε τὸ Ῥωμαίοις
 μὲν ἐνταῦθα πολεμίους εἶναι, βαρβάροις δ' ἐνσπόνδους ἐκεῖ 10
 καὶ συμμάχους, ὅσον ἐφικτόν, ἐπιρρωννύουσιν ἔξωθεν καὶ
 ἐπικροτοῦσι φωναῖς συχνοτέραις καὶ ἀσήμοις οἷον κλαγγαῖς,
 καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ πλῆθος Ῥωμαίων πρὸ δείλης ἐώας τε-
 θάνται μάλα συχνὰ κατὰ ποταμοὺς ἐπιρρέον ἐξ ἠπείρου
 πρὸς θάλασσαν βοηθείας τε ἔνεκα τῶν Βενετικῶν, καὶ ἅμα 15
 τῶν ἐκ ναυαγίου λαφύρων. συνεπεπτώκει δ' οὐ μικρῶς τοῖς
 στρατεύμασιν ἐκατέροις ζημιωθῆναι. Γεννουιτικαὶ μὲν γὰρ
 ἀπώλοντο δύο καὶ εἴκοσι νῆες, Βενετικαὶ δ' ὀκτωκαίδεκα,
 ὧν αἱ πλείους ἦσαν τῶν Κατελάνων κραταιότερον ἀγωνισα-
 μένων ἢ κατὰ πάντας. κατὰ στόμα γὰρ τοῖς πολεμίσις, ὡς 20
 εἴρηται, ἐπεισπίπτοντες, ναυάρχῳ ναυάρχος καὶ ναῖτη ναύ-
 της, καὶ συστάδην ὡς ἐπὶ ξηρᾶς μαχόμενοι, πολὺν εἰργά-
 σαντο φόνον τῶν πολεμίων, ὡς καταδύναι μὲν καὶ νῆας ἐνίας

proelium illud navale diremptum esset, omnes facile invicem gladio et mari absumpti interissent. dirimebantur autem haud sane lubenti animo secunda fere et tertia hora noctis.

Postero die quam res illa vespera gestae revelarentur, naves Venetae superiore regione circa portum Therapeam, qui dicitur, prope fanum Sarapidis in ancoris constitutae conspiciebantur, Genuenses autem orientem versus ad oras Chalcedoniae in alto mari paulo propius a littore fluctuantes. partem enim ad occasum spectantem magis metuebant quam orientalem propterea quod illic Romanis hostes erant, hic autem barbaris socii et foederati, qui, quantum fieri potuit, extrinsecus animos iis addebant crebrisque vocibus et fuscis quibusdam inconditisque clangoribus strepabant, quum praesertim turbam Romanorum matutino tempore fluminibus ex continenti terra ad mare subinde devehī conspicerentur, ut Venetis auxilio essent simulque spolia ex naufragio colligerent. haud exiguo autem damno uterque exercitus proelio affectus erat; Genuensium enim navium duae et viginti interiere, Venetarum duodeviginti, quarum maior pars erat Catelanorum, qui fortius et efficacius quam omnes pugnaverant. hostes enim

- αὐτάνδρους ὑπὸ βρῖθους τῶν ἀλλήλοις ἐπιπηδῶντων ἀπροό-
 πτως ἐν σκοτει καὶ νυκτί. ἦσαν δ' αἱ καὶ ἀπειρία καὶ ἀγ-
 νοία χωρίων ἐς βράχην συνερρήγνυντό τε καὶ εἰς γῆν τοὺς
 ἄνδρας ἐρρίπτουν, ἀθροῦντος τοῦ κύματος, ὡς καὶ ἐς τὴν ὕστε-
 5 ραίαν ὄρασθαι τῶν Κατελάνων πολλοὺς πλανωμένους ἐν τῇ
 Ῥωμαίων γῇ, καὶ μὴ συνιέντας γλώττης Ἑλληνικῆς, μὴδ' ὄ-
 πη γῆς εἰσὶ, μὴδ' ὄπη χρῆ πορευομένους τὴν σωτηρίαν πο-
 ρίζεσθαι. ἦσαν δ' οἱ κακ τῶν τραυμάτων λειποψυχοῦντες
 ἐπιπτον. οἱ δ' ἡμιθνήτες ἐπιπτον κατὰ τῆς ψάμμου, οἱ δ' 23
- 10 ἐκπεπνευκότες ἤδη τελέως ἀναμιξ ἑκατέρων τῶν στρατευμά-
 των. ἐκβρασσομένων γὰρ τῶν νεῶν ὑπὸ τοῦ κύματος ἔξω
 παρὰ τὴν γῆν ἐξέπιπτον μὲν καὶ αὐτοί, τῆς δὲ συμπλοκῆς
 οὐκ ἠμέλουν, ἀλλ' ὄπλοις ἀντετίθουν ὄπλα καὶ φάλαγγι φά-
 λαγγας πεζικίας, ὡς γίνεσθαι διπλοῦν ἐκεῖνον συμβαίνειν τὸν
- 15 πόλεμον, ναυμαχίαν τε καὶ πεζομαχίαν κατὰ ταυτὸν. τραυ-
 ματαὶ δ' ὅσοι βαδίζειν ἐδύναντο, ἄλλος ἄλλω ἡγεμίσι χρη-
 σάμενοι τῆς ὁδοῦ, δι' ὄλης ἡμέρας ἐντὸς ἐγένοντο Βυζαντίου.
 καὶ ψυχαγωγίας ἔτυχον, ὁπόσον ἐφικτόν. τό γε μὴν παρὰ
 τὸν αἰγιαλὸν ἐπιρροῦσαν. Ἐωθεν ἡπειρωτικόν, ὡς εἴρηται, f. 116 b.
- 20 πλῆθος ὀλίγους μὲν εἶχε τοὺς στρατιώτας, τὸ δὲ πλεῖστον,
 ἔξ ἀπάσης τέχνης ἦν ζυμμιγές, ὄση τε βαθασωδῆς καὶ ὄση
 τῇ γεωργίᾳ προσειετήκει· καὶ ἦν ἀπάντων ἐκείνων οὐδεὶς

ex adverso, ut supra diximus, adorti, praefectus classis praefectum, nauta nautam cominusque tanquam pugna terrestri manibus consertis, hostium stragem late ediderunt, ita ut nonnullae naves nimis oneratae cum hominibus demergerentur, in tenebris noctis alio in alium inconsulto irruente. nonnullae vero imperitia et ignoratione locorum in brevia vada compulsae milites fluctibus trudentibus et urgentibus in terram eiecerunt, quo factum est, ut postero die multi Catelanorum in Romanorum terra oberrantes conspicerentur, qui linguae Graecae imperiti nec ubi terrarum essent nec quo profecti, salutem sibi quaerere satis exploratum habebant. alii vero ex vulneribus linguente anima collabebantur; alii semimortui in arena marina concidebant; alii plane anima exspirata promiscue ex utroque exercitu iacebant. navibus enim fluctuum aestu ad terram eiectis homines exciderunt, sed certaminis conserendi neutiquam obliti armis arma, ordinibus ordines opponebant. ita proelium illud et navale et terrestre erat. saucii autem, quotcunque pedibus ire valebant, alii aliis itineris ducibus usi per totum diem Byzantium convenerunt, ubi quantum fieri potuit, laetam curationem nacti sunt. turba autem illa, de qua diximus, ex continenti ad oram solis ortu delata paucos tantum secum habebat

ἧ μὴ προσεγγόνει κέρδος οἶκαδ' ἐπαιόντι, τῶν θαλαττίων κυμάτων ἐς γῆν ὄπλα καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ ἀσπίδας καὶ κράνη, καὶ τὰς κενεμβατούσας ἐν τῷ πελάγει τριήρεις ἀναμιξέκατέρων τῶν στρατευμάτων, ἐρήμους μὲν παντάπασιν εὐσας ναυμάχων ἀνδρῶν καὶ κώπης πάσης καὶ ταρσῶν, μεστὰς δὲ χρημάτων πολυτελῶν καὶ νεκρῶν πλουσίοις συμπεφυρμένων αἵμασι.

¶ Μετὰ μέντοι τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην νόσου κοινῆς δια-
νεμηθείσης τὸ πλεῖστον τῆς ναυτικῆς ἑκατέρας δυνάμεως, ἀπο-
θνήσκειν ἐπῆει μάλα συχνούς ἑκατέρωθεν, ὡς εἰς ἀνάγκην¹⁰
ἵεναι βουλευσασθαι ἑκατέρους ἃ ἐδόκει λυσιτελεῖν. ἐδόκει δὲ
Βενετικοῖς μὲν τὸν ἴδιον μεταστῆσαι στόλον, καίτοι βουλομέ-
νους ἐκεῖ τὰς ἐκ Πόντου κατιούσας στρογγύλας τῶν πολεμιῶν
ὀλκάδας αἰρεῖν, αἱ παρεκόμεζον ἐκ τε σκυθῶν καὶ Ταναΐδος
τάπιτῆδεια. ἀλλ' ἀνθεῖλκε σφᾶς οὐ μόνον τὸ τοὺς νοσοῦντας¹⁵
αὐτῶν ἀνακταῖσθαι βούλεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἡ σπᾶ-
νις πολλῆ καὶ ποικίλῃ καθ' ἡμέραν ἐκάστην ἀπαιτουμένη. διὸ
λύσαντες τὰ ρηυμῆσια ἐκείθεν παρὰ τὸν εἰσπλουν τοῦ τῶν
Βυζαντίων λιμένος ἕστησαν καταχθέντες, τοῦ πρὸς ἔω βλέ-
ποντος, τὰς πολεμίας ἕστώσας εὐώνυμα ναῦς παραπλεύσαν-²⁰
τες παρὰ τοὺς ἀγριαλοὺς τῆς χαλκηδονίας γῆς τῶν βαρβάρων.
στενοχωροῦμενοι γὰρ κἀκεῖνοι τῇ τῶν ἐπιτηδείων ὁμοίως

milites; maxima autem pars ex omni genere hominum et artibus sordidis operam navantium et rebus rusticis addictorum commixta erat. eorum omnium nemo erat quin lucrum quoddam et praedam secum domum retulisset fluctibus sollicitet arma et tela omnis generis, scuta galeasque ac triremes utriusque exercitus promiscue per mare iactatas in terram efficientibus, vacuas illas quidem militibus omnique gubernaculo remisque, attamen refertas rebus pretiosis atque mortuis multo sanguinis respersis.

Quum autem post proelium navale morbo per maximam partem utriusque exercitus grassante numerus hominum haud exiguus absumeretur, necessitate coacti, quid utile factu videretur, utrique in liberationem vocabant. Venetis igitur, quamquam ibi hostium naves onerarias cum comaeatu ex Scythia et ab Tanaide petito descendentes ex Ponto interciperi cupiebant, satius tamen visum est, classem alio loco collocare, quippe quum non solum laborantes ex morbo iis curandi essent, sed etiam rerum ad victum necessarium penuria urgerentur, quarum magna atque multiplici copia quotidie opus erat. quare oris solutis inde ad introitum portus Byzantini ad orientem spectantis delati sunt, hostium naves, quae sinistra ad oram chalcedoniae terrae

σπάγει, καὶ ἅμα νοσοῦντας ὀρθῶντες ὁπόσοις τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν μὴ πολεμίῳ ξίφος τετύχηκεν ἔργον γενέσθαι, τοῖς τῶν βαρβάρων προσωρμίζοντο λιμέσιν ἐνσπόνδοις οὖσιν, ὡς εἴρηται, τροφῶν τε εἵνεκα καὶ πλείστων ἄλλων καὶ με-
 5 γάλων καὶ παντοδαπῶν ἐλπίδων, καὶ πρὸς γε ἔτι θάπτειν ἐν ἀλλοτρίᾳ πόρρω που τῆς οἰκείας γῆς τοὺς οἰκείους νεκρούς, μὴ τῶν γαμετῶν καὶ τέκνων αἰσθανομένων. τοσοῦ-
 10 τον γὰρ τὴν τῶν πολεμίῳν κατεπλάγησαν τόλμαν ὥστ' οὐκ ἀρκεῖν ἐνόμισαν βαρβάρους ἐκ τοῦ σχεδὸν τὰ μέγιστα βοη-
 15 θοῦντας ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἰκείων μεγίστας ὀκλάδας ἀναγκαῖον ἔδοξεν ἀγαγόντας στιχῆδὸν κατὰ μέτωπον παρραστήσασθαι δίκην πύργων καὶ τειχῶν, στρατιώτας παμπόλλους ἔχούσας, ἐπὶ τε τῶν καταστροφωμάτων καὶ ἄνω παρὰ τὰ τῶν ἰστίων ἀκρωτήρια λίθων παρεσκευασμένους ἔχοντας φω-
 20 ροὺς ἐς τὸ ἐπιρρίπτειν τοῖς πολεμίοις καὶ τὸν ἐπίπλου ἀνείργειν αὐτῶν. νῆας δ' ἔχοντες τὸν ἀριθμὸν ἐλάττους ἢ κατὰ τὰς πολεμίας, καὶ τούτων τὰς " πλείους ἐρήμους στρατιω- f. 117 a.
 τῶν, τῇ τε ναυμαχίᾳ καὶ τῇ κατόπιν τῆς ναυμαχίας νόσῳ φθαρέντων, εἰς ἀνάγκας ἦσαν καὶ αὐτοὶ μισθοφορικὸν ἀθροί-
 20 ζειν ἐξ ἀλλοδαπῆς καὶ στρατιώτας ἐκ τῶν Βιθυνῶν καταγράφειν βαρβάρων, ἐνδιδόντος τοῦ σφῶν ἡγεμόνος Ὑρκουῦ παμπόλλων ἔνεκα χρημάτων. μισθωσάμενοι τοίνυν ὑπὲρ χιλίους ἐκείθεν ψιλούς διεῖλον, καὶ τοὺς μὲν παραβοηθεῖν δεῖ-

a barbaris incultae stabant, praetervecti. nam ii quoque pariter com-
 meatus inopia laborantes et viros fortissimos, qui gladio hostium non
 absumpti erant, morbo affectos videntes ad portus barbarorum sibi
 confoederatorum, ut supra demonstravimus, appulerant, ut alimenta
 sibi acquirerent aliaque multa et magna comoda impetrarent atque
 mortuos procul a patria in aliena terra sepelirent, neque uxoribus nec
 liberis id sentientibus. usque adeo enim hostium audacia conterriti
 erant, ut non sufficere arbitrentur, si barbari ex propinquo sibi
 quam maxime auxiliarentur, sed etiam necessarium esse ducerent,
 maximas navium onerariarum per singulos ordines turrium et moenium
 instar in fronte collocatas magno militum numero complere, qui saxa
 in constratis et ad summos malos cumolata in hostes iniicerent, ut
 eorum impetum prohiberent. navium vero quum minorem numerum
 quam hostes eumque maiore ex parte vacuum haberent, militibus et
 proelio navali et morbo postea ingrante absumptis, mercenarios con-
 ducere ex peregrina terra coacti milites et Bithynis barbaris conscrip-
 sere, duce eorum Hyrcano pecunia grandi permittente. conductis igitur
 plus mille levis armaturae militibus bifariam eos divisere; alte-

σαν ἐκτάξαντες ἀνὰ τὸν ἕψον εἶχον αἰγιαλόν, τοὺς δὲ πέμψαντες τὸ τοῦ Γαλάτου φρουρεῖν προσετετάχρισαν πολίχνηον ἐνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν, καὶ ἄμα συγγὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομὰς ποιουμένους ληΐζεσθαι τὰ τῶν Βυζαντιῶν προὔσθεια, καὶ σφᾶς ἀντιπερισπᾶν ἐς οἰκίαν πάθη, καὶ μὴ διδόναι σχο- 5 λὴν μὴθ' ἄς τὰ πολλὰ τοῖς Βενετικοῖς συμμαχεῖν, μὴτ' ἔχειν ῥαδίως ἔξωθεν τὰπιτήδεια ἔσχομιζεσθαι.

26 Ὁ δὴ καὶ μάλιστα πάντων μακρὰν ἐνεποίησε Βυζαντιοῖς τὴν βλάβην. ὑπὲρ γὰρ τὰς δεκκακαίδεκα χιλιάδας παρσιενεχθέντος τῇ πόλει στρατοῦ ναυτικοῦ, πολλῶν ἐς ἡμέ- 10 ραν ἐκάστην τροφῶν δεομένου, μὴ μόνον ἄπανθ' ἐξῆς ἐν βραχεῖ σπανίζειν ἐξεγένετο τὰπιτήδεια Βυζαντιοῖς, ἀπάντων σχεδὸν ἐκ πολλοῦ πανταχόθεν ἀποκλεισθεῖσι διὰ τὰς μάχας, τῶν τε ἄλλων ὅποσα τραπέζης ἀναγκαίας εἰσι προσφορήματα, καὶ ὅσα ὁ γείτων πορθμὸς τοῖς ἀλιεῦσι παρεῖχε τὰ χρήσιμα 15 ἐς ἡμέραν ἐκάστην τὸν ἄπαντα χρόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὁ σῆτος ἡμερῶν ὀλίγων ἐς τὸ διπλάσιον ἀνήγγετο τοῦ χθὲς καὶ πρώην τιμήματος. ὅθεν εἰς ἀπορίας ἐπέπιπτον μάλα μακρὰς οἱ τε τῶν Βενετικῶν ἡγεμόνες, ἀκουαίου δαπανώσης τὸν χρόνον ἀπραγμοσύνης αὐτῶν, ἅτε ἐφιεμένων μὲν, οὐκ ἐχόντων δ' 20 ὅθεν ἐγχειροῖεν ἂν τοὺς πολεμίους ἀμίνεσθαι, ἀσφαλῶς οὐτωσὶ πεφραγμένους ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ὡς εἴρηται. καὶ μάλιστα πάντων τὴν τοῦ βασιλέως ψυχὴν αἱ τῶν λογισμῶν

ram partem, quam necesse erat sibi auxiliari, ad oram in orientem spectantem collocant, alteram partem Galatae castellum intrinsecus atque extrinsecus tueri crebrisque excursionibus et expeditionibus Byzantiorum suburbia infestare et diripere iubent, ne ii, suis ipsorum rebus districti, ullum prorsus otium agere aut Venetis, ut antea plerumque, opem ferre aut quid commeatus extrinsecus facile subvehere possint.

Hac re maximis damnis Byzantii affecti sunt. amplius enim duodeviginti milibus classicorum militum in urbe congregatis, qui alimentis haud exiguis in singulos dies indigebant, factum est, ut Byzantios ex longo iam tempore omnibus fere rebus quum aliis, quas tenui mensae apponi necesse est, tum iis, quas fretum vicinum piscatoribus quotidie per omne aevum subministrabat, propter bella undique exclusos brevi tempore non solum omnes deinceps res ad victum necessariae deficere inciperent, verum etiam paucorum dierum alimenta ad duplex, quo nuper constabant, pretium eveherentur. quare Venetorum duces in summas rerum angustias deducti sunt, desidia haud voluntaria tempus absumente, quippe quum hostes tam firmiter, ut dixi-

περιέκλυζον τρικυμῖαι, συχνὰ τῶν καθ' αὐτὸν πραγμάτων ἀνακυκλοῦντος τοὺς κύβους, οἷς πρόσωπον μὲν ἐλπιδῶν ὑποτείνειν ἔπεισι χρηστόν, τούναντίον δ' ἔπαν ὡς ἐπίπαν ἔπειτα περαίνειν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες πᾶσαν ἐπίνοιαν αὐτοῦ καὶ σπουδὴν παύζοντάς τε καὶ ἀνατρέποντας. καὶ τό γε δῆπου μέλλων, ὅτι τοσοῦτοις καὶ τηλικούτοις περιαντλουμένῃ χειμῶσιν ἀπειναὶ οὐκ ἦν οὐδὲ τὰς τῶν υἱέων αὐτῷ συμφορὰς τηρικαῦτα, ἀλλ' ἐστασίαζον ἤδη καὶ αὐτοὶ περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ ταῦθ' οὕτω ναυαγούσης τε καὶ σαθροῦ τοὺς πόδας ἐρείδούσης καὶ 10 ἐς τὸ πᾶν τι λίαν βραχύτατον πᾶν τι λίαν ἐλαυνομένης, ὅτε δῆπου μᾶλλον ἐχρῆν τῷ πατρὶ καὶ βασιλεῖ κατὰ πᾶν ἐφικτὸν συναίρεσθαι σφᾶς, κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστα, καθάπαξ ἄπαν ἴδιον βυθοῖς παραπέμπαντας λήθης. ὃ τε γὰρ Παλαιολόγος καὶ τῇ θυγατρὶ γαμβρὸς Ἰωάννης, ὡς πάλαι πατρόθεν τὴν ἀρχὴν αὐτῷ προσήκουσαν ἔχων, ἀντείχετο ταύτης 15 ὀλοσχερῶς, καὶ οὐδὲν οὐδενὶ τῆς διαδοχῆς παρεχώρει. ὁ f. 117 b. τε Ματθαῖος υἱὸς ὢν καὶ αὐτός, ἐνέκειτο μάλα σφοδρῶς καὶ αὐτὸς ἀπαιτῶν, ὡς νῦν γε καὶ αὐτῷ προσηκούσης πατρόθεν, μεταπεσόντων ἤδη μεταξὺ τῶν σκήπτρων κατὰ τὰς ἀεὶ φε- 20 ρομένας οὕτωςι τῶν πραγμάτων τύχας, καὶ πρὸς ἄλλοτ' ἄλλους συχνὰ μεταρριπτουμένας, καὶ παραλλάξεσιν ἀτεκμάρτοις οὕτω καὶ ἀπορητοῖς οἰακίζούσας τὸν βίον, καὶ νῦν μὲν τούτῳ νῦν δ' ἐκείνῳ παρεχομένας τὴν τῶν οἰκείων εὐμένειαν ὄφ-

mus, terra marique munitis propulsare quidem studerent, attamen non haberent, quomodo propositum exequerentur. maxime autem imperatoris animus ingenti curarum et cogitationum aestu fluctuabat; saepe suarum rerum aleas volutabat, quae speciem quidem bonae spei protendunt, contra autem plerumque postea cadunt, tanquam consulto et data opera omne eius studium atque consilium ludificarentur et subverterent. atque hoc sane erat gravissimum, quod tot tantisque tempestatibus iactatus filiorum quoque iniquitatem expertus est, ut qui de imperio tum quam maxime naufrago et putrido quodam fundamento nixo in summasque angustias compulso inter sese discordarent, atque dissiderent. tunc profecto temporis suis ipsorum rationibus profundissima oblivione obtectis patri potius eidemque imperatori et universim et singulatim pro virili parte succurrere debebant. Ioannes enim Palaeologus imperium, ut iam pridem a patre sibi debitum, omni studio ad se vindicabat neque prorsus de iure successionis ulli quidquam decedebat. Matthaeus autem, filius imperatoris, idem vehementer efflagitabat ut sibi quoque a patre conveniens. sceptrum enim iam commutabantur, prout vicissitudines ferebant fortunae, quae ad alios alio

θαλμῶν, καὶ τούναντίον αὐθις καὶ διὰ παντός ἐκάτερον, καὶ νόμον γίνεσθαι τοῦτον ἀνομοθέητον εἶπειν, ἐπιφυσέσαν τοῖς πράγμασιν ἄνωθεν καρπωσάμενον βλαστήν, καὶ μὴ ἕστα δυναμένην ἀναίμακτον προῖεσθαι τὴν μεταβολήν, οὐδ' ἄνευ τὸ πλεῖστον εἶπειν τοῦ βιαιού. δεδιέναι γοῦν καὶ τὰς ἐφε- 5 δρευούσας τοῖς τοιούτοις κήρας, ὅσαι θανάτων παντοίων μεστὰς ὑποτείνουσι χεῖρας· καὶ χρῆναι διὰ ταῦτα, πρὶν μεταστῆναι τὸν δίκην ἰσθμῷ τοὺς ἐκατέρωθεν ἀναχαιτίζοντα κλύδωνας, τοὺς ἐκατέρων ὀρισθῆναι θεομούς.

29 Τσσαύτην τοίνυν κατ' αὐτοῦ ῥαγεῖσαν κυμάτων ἐπαγα- 10 γῆν ἐν ταύτῃ συνορῶν ὁ βασιλεὺς οὕτω στενῶ κομιδῇ τῶ καιρῷ, ἥσαλλέ τε καὶ ἐδυσφόρει, καὶ μακροῦς ἐβάλλετο καὶ πολυτρόποις τὴν ψυχὴν ὀδύνας. μὴ ἔχων δ' ὄπη βλέψας παρήγορον ἂν τινα δέξαιτο λόγον, ἔστενέ πως καὶ αὐτόν, καὶ 15 οὐδενί ποτε τῶν ἀπάντων ἐβούλετο κοινοῦσθαι τῶν τῆς ψυχῆς ἀπορρητῶν οὐδὲν οὐδαμῇ· πάντων γὰρ καθάπαξ ἀποδοκιμάζειν εἴωθεν αἰεὶ τὰ βουλεύματα, καὶ πρὶν ἀκοῦσαι. οὕτω τοίνυν ὄρωσαν τὴν βασιλίδα τὸν σύζυγον ἔχοντα λύπης, φάσκειν ἐπήει τοιαδὲ πρὸς αὐτόν. "ὅτι μὲν οὐκ εἴδει τὰς 20 συμφορὰς ἐπίναί τοῖς ἀνθρώποις ἔστι, καθάπερ δήπουθεν οὐδὲ τὰς εὐπραγίας, ἀγνοεῖν ὀλμαι τῶν πάντων οὐδένα, οἷς

tempore sese applicat, incertis arcanisque varietatibus vitam dirigit, nunc hunc nunc illum placidis luminibus adspicit, incontrarium cursus vertitur semperque alternat. haec est lex, ut ita dicam, illex, quae florem rerum dei auxilio nascentem depascat neque facile commutationem sui sine sanguine aut certe sine violentia facere possit. metuendae igitur sunt talium pestium insidiae, quae manus omni morte plenas protendant; quare priusquam quis Isthmi instar fluctum utrimque irruentem reprimat et in alium locum transgrediatur, eum utriusque necesse est constituere leges.

Imperator igitur quum tantam in tantis temporis angustiis in se irruentem tempestatum vim videret, acerbe id ferebat, indignatus erat, magnis variisque doloribus animum angebat. non enim habebat, unde verbum consolatorium acciperet; quare sese ipsum fere deplorabat et quasi desperatam vitam degere videbatur. semper erat taciturnus neque cum quoquam occulta pectoris communicare volebat. omne enim consilium reiicere solebat etiam antequam audiret. tanta igitur aeterna quum coniugem videret afflictum imperatrix, talia ad eum dicere exorsa est: „non sine dei nomine hominibus aut infortunia accidere aut res prosperas evenire, neminem ignorare arbitror, qui men-

νοῦ μέτεστι καὶ διανοίας, τῶν ἀεὶ γιγνομένων στοχαζομένοις
 ὀρθῶς. δίκαιον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ δίκαια δρωῦντας ἀν-
 θρώπους φιλεῖν, καὶ τοῦτο δ' οἶμαι τοῖς ἅπασιν γνωρίζον
 εἶναι οἷς τὸν νοῦν τῆς ψυχῆς οἶαξι πηδαλιουχεῖσθαι ξυνερ-
 5 ρυήκει συνέσεως. τὸ γοῦν ἕωθέν τινα τὴν πρόσω φάναι πο-
 ρεῖαν βαδίξειν ἀπάσῃ σπουδῇ προθέμενον τοσοῦτον ὅπισθεν
 ἐσπέρας ὀραῖσθαι καθήμενον ὅσον ἔμπροσθεν ἐχρῆν, τοῦτο δὲ
 καὶ οἷς ὀλίγος ἐμπέφυκε νοῦς, γνοίῃ ἂν θεοῦ πάντως εἶναι,
 μήτε μὴν τοῖς τοῦ βαδίζοντος τρόποις ἀρεσκομένον, καὶ ἅμα
 10 τοῖς τούτῳ δρωμένοις ἅπασιν ἐμφανῶς μαχομένου, καὶ ἐς
 τὰ πάνν τῶν προοιμίων ἐναντιώτατα πέρατα τὴν σπουδὴν
 ἀντιπεριάγοντος. μέμνημαι τοίνυν οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς που 20
 καὶ τρεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μάλα δήπου γε πολλάκις ἀμφοῖν
 ἡμῶν εἰπόντος τοῦ Γρηγοῦρᾶ κατὰ τὰς ἐνταυθοῖ πολλάκις ἰδια-
 15 ζούσας " μακρὰς καὶ πολυειδεῖς ἡμῶν ὁμιλίας (εἶσθαι δὲ f. 118 a.
 καὶ αὐτός) τὰς βίβλους εἶναι τοῦ Παλαμᾶ δυσσεβείας πλή-
 ρεις μακρὰς· ἃς δεχομένοις ἡμῶν, καὶ πολλὴν καὶ παντο-
 δαπὴν τὴν εὐμένειαν σφίσι παρεχομένοις, ἔφασκέ τε καὶ
 ὑπισχνεῖτο μηδενὶ τῶν ἡμῶν γε δρωμένων δημοσίων εὐδρομίαν
 20 ἀκολουθήσειν πρὸς τοῦ δικαίου θεοῦ, ἀλλ' ἀνατρέπεσθαι τε
 πάντα καὶ φθίρεισθαι προφανῶς, καθάπερ κεραυνῶς αἰθε-
 ρίοις τὰ λήια. εἰ δὲ που καὶ δόξειε τῶν ἡμετέρων ἔργων
 ἐν ὁποιοῦν ὀρητῶν εὐτυχεῖν ἐκ προοιμίων, ἀλλ' οὖν οὐκ

tis atque consilii particeps res, quomodo quaeque agantur, recte per-
 spiciat. iustum vere esse deum et iustos homines ab eo amari, etiam
 hoc puto omnibus persuasum esse, quorum animi gubernaculo pru-
 dentiae dirigantur. si quis enim mane omni studio suum iter, ut ita
 dicam, persequi sibi proposuerit, vespera autem usque adeo posterius
 sedens conspiciatur, quam debet progressus esse, vel pusilla mente
 imbutus intellexerit, hoc dei esse facinus, qui hominis istius mores
 improbans omnibus, quae ille agit, manifesto repugnat eiusque stu-
 dium ad contrarium, quam initia promiserunt, circumflectit exitum.
 memini autem Gregoram non semel nec bis terve sed saepissime in
 longis atque variis colloquiis crebro nobiscum hic institutis, id quod
 ipse haud ignoras, nobis dicere, libros Palamae magna secatere impie-
 tate. quos si nos reciperemus ac magno favore et omni benevolen-
 tia prosequeremur, nulli rei publicae a nobis susceptae deum iustum
 prosperos successus daturum esse, dixit atque promisit ille, sed fore,
 ut omnia subverterentur ac manifesto corrumperentur veluti segetes
 fulguribus aethereis. sin autem haec vel illa res aliquo modo initio
 nobis succedere visura esset, attamen non longo tempore interposito

εἰς μακρὰν ἐκεῖ πικρὸν ἐπιφύεσθαι καὶ μᾶλα πολὺχουν ἐν τοῖς πέρασιν τὸ γεώργιον. τοῦτο δὲ καὐταῖς πάνδημοῖς σφοδρότερον ἠηκόμενον φάμενον, οὐ δισταγμοῦ τινὸς μέρος παρამιγνύντα τῷ ἡθρῖ, ὁποῖος τοῖς δεδιόσιν ἐπιεται τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλίαν ὡς τὰ πολλά. καὶ οἴσθα γε ὡς ἡχθόμεθα 5 τῆς παρρησίας τάνθρῖ. ὃ δ' οὐκ ἐνεδίδου λέγων. σκεπτέον οὐν μὴ θεοῦ μαχομένου διὰ τὸ δόγμα πονωῦμεν ἀνήνυτα."

- Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα διεξιούσης ἐκείνης, "ὦ γύναι" φησὶν ὁ βασιλεὺς, "οὐ πάντα καθάπαξ χρεῶν ἀνατιθέσθαι θεῷ. εἶναι γάρ τινα καὶ τύχην τύραννον, κατὰ τὸ 10 αὐτόματον ἐπιούσαν τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασι, καὶ τοῦ προσεχούσ αὐτὴν μᾶλλον τάνθρώπεια διοικοῦσαν ἢ τὸν θεόν, ἐνέργειαν μὲν καλουμένην ἄκτιστον, δεσποτικὸς δὲ χαρακτηρας φέρουσάν τε καὶ δεσποτικῶς τοῖς πράγμασιν ἐπιστρατεύουσαν κατὰ τὴν τοῦ αὐτομάτου φορὰν τε καὶ κίνησιν. εἰ 15 δ' οὐν, λόγον ἐγὼ σοι καὶ μᾶλα εἰδυῖα ἐρῶ, τῆς ἐμῆς ἀληθείας μάρτυρά τε καὶ βεβαιωτήν. οἴσθα γὰρ ὁποίαις καὶ ὅσαις ἠπειρόμην ἐξευμενίζειν τὸν θεὸν χρημάτων δόσεις, ἃς ἀφθόνοις παλάμαις ἐξήντιλουν ἱερεῦσι καὶ μονοτρόποις, καὶ ὅσοι σπηλαίοις ἐνδαιτιῶνται καὶ ὄρεσι, καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως 20 πενία καὶ νόσῳ συζώντων ὑπῆρχον, καὶ πῆ μὲν δημοσίαι, πῆ δὲ βλέποντος ἀπάντων οὐδενός. ὤνησαν δ' ἡμῖν οὐδέν, ἀλλ' αὐραῖς, ὡς γε ἔοικεν, ἐκεῖνα πάντ' ἔκπεπονῆκαμεν, καὶ περι-

fore, ut acerbissima mala uberrime ad extremum succrescerent. idem ipsis vehementius pronuntiantem audivimus, ut nihil dubitationis suis moribus admisceret, quae plerumque incertitudinem futuri temporis metuentibus inesse solet. neque nescis, quanto odio viri non a suis verbis recedentis libertatem persecuti simus. considerandum igitur est, num forte deo ipso ob dogma repugnante irrita faciamus."

Haec atque eiusmodi quum illa protulisset; imperator: „mulier, inquit, non omnia debemus ad deum referre. nam etiam fortuna domina quaedam est, quae suo arbitrio hominum res aggrediatur. atque continentes vitam humanam magis regat, quam deus; operatio quidem nominatur increata, induta autem est tyranni moribus superbamque in omnes res dominationem exercet pro libidinis impetu atque motu. agedum! orationem tibi dicam, quam ipsa haud sane ignoras, quae me vere locutum esse testificetur atque confirmet. scis enim, quantis et qualibus ego studuerim donis dei favore mihī conciliare, quae plenis manibus sacerdotibus, hominibus solitariis, quicunque in speluncis habitant et montibus aut paupertate et morbis oppressi vitam degunt, et palam et occulto largiebar. verum nihil utilitatis no-

έστη ἡμῖν ἐκεῖνα παθεῖν ἢ μηδὲ τοῖς σφόδρα ἀνδροφόνοις διὰ βίου πεπονθέναι ξυμπέτωκεν. ἀφ' οὗ δ' ὁμόφρων γεγένημαι Παλαμᾶ, καὶ βασιλεὺς εὐθύς κεκράτηκα." ἡ δ' ὑπολαβούσα τοιάδ' ἀντέφησεν αὐθις. "ἐγὼ δὲ" φησιν "ἐκ τῶν 5 ἡμετέρων καὶ ἀνθρωπίνων βραχέα σοι φθέγξομαι.

Εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τις τῶν ἡμετέρων δούλων ἀμπελώρος 31 εἰπεῖν ἢ τῶν ἄλλως ἐχόντων ἡμῖν κτημάτων ἐνός οὐτινοσοῦν ἐπιμελητῆς ὑφ' ἡμῶν καταστάς, ἔπειτα τὴν μὲν δεσποτείαν ἡμῶν ἀφηρεῖτο περιφανῶς, πολλοστημόριον δὲ τῶν ἐκεῖθεν παρεί-
 10 χετο φέρων ἡμῖν καρπῶν, οὐ μᾶλλον γ' ἂν ἐμεμισήκειμεν ἐκεῖνον ἢ ἡγάπηκειμεν; τοῦτ' αὐτὸ νομίζειν ἔπεισέ μοι καὶ " περὶ γὰρ τοῦ μόνου Θεοῦ. εἰ γὰρ πλούτου καὶ δόξης το- f. 118 b. σαύτης ἡμεῖς ἀπολαύοντες πρὸς Θεοῦ, ἔπειτα τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν πολυθεΐαν ἐκόντες ἢ τιμι τῶν ἀπάντων ἑτέρῃ παρ'
 15 αὐτὸν ἐνεργείᾳ, ἐξευμενίζειν ἐκεῖνον νομίζομεν πολλοστημόριον χρημάτων τῶν αὐτοῦ προσάγοντες αὐτῷ, θάττον μὲντ' ἂν μισήσειεν ἢ ἀγαπήσειεν ἡμᾶς, ὅτι τὸ μείζον ἀφαιροῦντες τοῦλαττον παρέχομεν, ἢ μᾶλλον τὸ πᾶν ἀφαιροῦντες τὸ μηδὲν παρέχομεν. εἴη δ' ἂν καὶ τῶν ἡμετέρων ἔτι πραγμάτων
 20 ἐναργέστερα τὰ λεγόμενα. οἶσθα γὰρ ὡς πρὶν ἢ ταῖς τοῦ Παλαμᾶ προστεθῆναι καινοφωνίαις ἡμᾶς, σφόδρα γε ἐξ οὐρίας ἡμῖν τὰ τῆς εὐδαιμονίας ἔπλει, καὶ οὐδὲν ἀντέπνει τῶν

14. πολυθεῖα δόντες ἢ?

bis illae largitiones attulerunt, sed ventis videmur omnia effecisse; calamitates enim in nos ingruerunt, quales ne audacissimi quidem homicidae in vita perpessus. ex uuo autem tempore cum Palama feci, ex eo statim imperatoris pptentiam nactus sum."

Illa autem orationem excipiens haec fere respondit: „ego pauca quaedam ex nostris humanisque rebus proponam; dic enim mihi, si quis nostrorum servorum verbi causa vineae vel alii cuidam nostrarum possessionum a nobis praefectus, dominatione nobis manifesto erepta, parvulam quandam partem frugum inde natarum nobis praeberet, nonne maius in eum odium conciperemus, quam antea eum amassemus? hoc idem etiam de unico deo statuere mihi in mentem venit; si enim nos a deo tantis divitiis tantaque gloria ornati, dominatione eius multis divinitatibus aut alii cuidam operationi ab eo diversae ultro permissa, parvula quadam parte opum praebenda nobis eum conciliare putabimus, celerius sane nos odio quam amore persequetur propterea quod plus ei derogamus, quam exhibemus aut potius quod omnibus rebus ei defraudato nihil praebemus. facile autem ex nostrarum rerum conditione, quod modo dixi, clarius erit. scis enim, antequam Palamae nova commenta amplexaremur, summa cum felici-

θειῶν ἀντίπρῳρον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἄλλων τέως βασιλευόμενοι πλείω τῶν βασιλευόντων ἡμεῖς τὴν ἰσχὺν ἐκαρπεύμεθα, καὶ τὸ τῆς βασιλικῆς ἐκείνης δόξης κλέος πλείον ἡμῖν ἢ τοῖς ἔχουσι περιῆν· ἐκείνων γὰρ ἐνομιζέτο καὶ ἡμῶν ἦν. ἀφ' οὗ δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Παλαμῶν φέροντες συμμαχεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς 5 ἐδεδώκειμεν, κατὰ πόσας ἢ τίσις εὐθύς ἠκολούθει· πᾶσαν μὲν γὰρ εὐθύς κακοδαίμονίαν συλλήβδην εἶπελν διηρητλήκαμεν, πᾶσαν δ' ἐκείνην τὴν δόξαν μετὰ τοῦ πλοῦτου παντὸς ἡμῖν ἀποβεβληκῆναι ζυμπέπτωκε, καθάπερ τοῖς διαγρηγορήσασι τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις ὀνειράτα. καὶ τὸ τῆς βασιλείας δ' ὀψὲ περι- 10 ζωσαμένοις κράτος ἔπεται δυστυχεῖν ἡμῖν ἀνακράτος, αἶμαι, διὰ τὸ μὴ τὴν βασιλικὴν ἰσχὺν εἰς διόρθωσιν ἀλλ' εἰς διωγμὸν ἐκκενοῦν τῶν ὑπὲρ τῆς πατρίου λεγόντων πίστεως. ταῦτα δ' οὐ σοὶ λέγουσα ὀνειδίζω τὰς τύχας, ἀλλὰ τὰς ἐμὰς ἀποκλαίωμαί συμφορὰς. οὐ γὰρ ἄλλος ἐμοῦ γε σύ. τά τε γὰρ 15 ἄλλα καὶ τῶν αὐτῶν ἐσμέν ἄμφω γεννήτορες παιδῶν· καὶ εἰ μὴ πλεόν, ἀλλ' ἐπ' ἴσης γοῦν σοὶ τὴν καρδίαν ἐμπήρασθαί με κἀπὶ ταῖς νῦν αὐτῶν περιστάσεσι, πάντως οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ἀρνηθείης. εἰ δ' οὖν, λεγέτω μὲν τις παρελθῶν, τίνος ἑτέρου τῶν πάντων ἕνεκα, τοσοῦτου κατέχοντος ἤδη ψύχους τὴν τε 20 γῆν καὶ τὸν περιέχοντα τοῦτον ἀέρα, καὶ τοσοῦτου χειμῶνος αὐθις τοῖς καθ' ἡμᾶς περιεχυμένου πράγμασιν, οὕσα γυνή

tate quasi secundo vento adiutas nostras res processisse nihilque contrario quodam flata impeditum fuisse, sed liest aliquamdiu aliorum imperio subiecti essemus, maiore tamen potentia, quam ipsi imperantes fruebamur nobisque gloria imperatoriae dignitatis maior contigit, quam iis, qui eam possidebant. illorum enim putabatur esse imperium et nostrum erat. ex quo vero tempore nos ad Palamae partes applicuimus, poena e vestigio insecuta est. omnia enim, ut breviter dicam, infortunia statim exantlavimus, omnis illa gloria una cum divitiis nobis excidit eodem modo, quo experrectis somnia. imperatoriam dignitatem sero quidem nacti omni vi conflictamur rebus adversis, nulla alia ex causa, opinor, quam quod imperatoriam potestatem non ad dogmatum correctionem, sed ad persecutionem eorum conferimus, qui patriam fidem defendunt. hoc equidem non ea mente loquor, ut tibi tuam sortem in opprobrium vertam, sed ut mea mala deplorem: tu enim non alius atque ego quum ob alias res, tum quod nos eorundem liberorum procreatores sumus. atque si non maiore, at certe aequo dolore meum animum eorum praesenti conditione angere, haud diffiteri possis. sin minus, prodeat aliquis doceatque me aliam quamdam causam, propter quam tanto iam frigore obtinente terram et, qui eam circumdat, aërem et tanta tempestate nostras res infestante, ego

τὸν ἐντεῦθεν εἰς Ὀρεσιτιάδα καὶ Διδυμότειχον ἀναδέχομαι μόχθον, παύειν ἐπειγομένη τῶν κοινῶν ἡμῶν παιδῶν τὰς περιστάσεις, καὶ εἴ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν καὶ ὅσοι κυκεῶνας καὶ κλύδωνας.”

5. Ἀλλὰ τὸν περὶ τούτων εἰς δάκρυα καταλελυκότες λόγον **32** τέως ἀνέστησαν, καὶ ἡ μὲν βασιλὶς ἀπάσῃ σπουδῇ παρσκευάζετο πρὸς τὴν ἔξοδον, ὁ δὲ βασιλεὺς πέμψας ἡξίου τὸν ἡγεμόνα Βιθυνίας καὶ γαμβρὸν Ὑρκανὸν μὴ βοηθεῖν Γεννοίταις, καὶ ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἡξίου πέμψας καὶ ὁ τοῦ Βενετικῆ
- 10 ναύαρχος στόλου, καὶ δῶρα τὰ μὲν ἐδίδου τὰ δ' ὑπισχνεῖτο. ὁ δ' ἐλπίσι μετεωρίζων διῆγε κεναῖς, δὴ ἐν νῆ ἔχων ταυτι, ἐν μὲν χρήματα λαμβάνειν ἐξ ἀμφοῖν τοῦν μεροῖν, δεύτερον δ' ὅτι τουτωῖ μαχομένων ἀλλήλοις ἀφοβίαν ἔχειν συνέβαινε τὴν αὐτοῦ “ δύναμιν περαιουμένην ληΐζεσθαι Θράκην καὶ f.119 a.
- 15 Μακεδονίαν, καὶ ὅσα περ εἴη σκάφη καὶ ναυτικαὶ φορτίδες, φέρουσαι τε καὶ ἄγουσαι κατὰ νόμους ἐμπορικοῦς τάπιτῆδεια καὶ ὧν ἐν χρειᾷ καθίστανται νῆσοί τε καὶ πόλεις παράλλαι, τοῦτ' ἐκέينو σχεδὸν ὁ καὶ Φαρνάβαζος ἐκεῖνος ὁ Δαρείου παραθαλάττιος ἔπραττε στρατηγός, τῶν Ἑλλήνων πάλαι κατ'
- 20 ἀλλήλων μαχομένων. ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ τὸ συμβὰν ἐμμάθηκει μεταξὺ κατ' αὐτοῦ πλημμέλημα νεωστὶ πρὸς τῶν τοῦ βασιλέως υἱέων, ἀνεπήδησέ τε εὐθύς ὑπ' ὄργῆς καὶ ἠπέλιψε τὸν σατραπικὸν καὶ βαρβαρικώτερον τρόπον. εἶχε

mulier molestum laborem proficiscendi Orestiadem et Didymotichum suscipiam, ut filiorum nobis communium, discrimina atque turbas fluctusque, quaecunque ea et quantacunque sunt, sedare coner.

Hoc colloquium quum lacrimis obortis finivissent, surrexerunt et imperatrix quidem omni studio profectionem paravit, imperator autem ad Hyrcanum, Bithyniae principem eundem generum suum misit, qui peterent, ne opem ferret Genuensibus. idem qui rogarent, etiam classis Venetae praefectus misit, dona partim statim largiens, partim pollicens. ille autem vana spe suspensos eos habuit, duas quippe res animo agitans, primum quidem, ut ab utrisque partibus pecuniam acciperet, deinde, ut iis inter se contendentibus, secure classis in Thraciam atque Macedoniam transvecta praedam ageret et scaphas ac naves mercatorias interciperet, quae ex commercii legibus alimentae et res insulis atque urbibus maritimis necessarias exportant et important. idem igitur fere fecit, quod Pharnabazus, a Dario regioni maritimae praefectus, Graecis quondam inter se bellum gerentibus. at enimvero posteaquam cognovit, quod scelus nuper ab imperatoris filiis in se commissum esset, iracundia fervidus minas iactavit satrapae at-

δ' οὕτωςι τὸ συμβάν. πρῆσβείαν ὁ τῶν Τριβαλλῶν πρὸ βραχέος ἡγεμῶν ἐπελύμφει, πρὸς γάμον ζητῶν κοινωσίαν συνάψαι τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα τῶν τοῦ Ἵρκανοῦ τούτου παίδων ἐνί, ἵνα συγγενικῆς σχέσεως τὰς μεταξὺ σπονδὰς ἐρειδούσης μονιμώτερον τῆ τῶν Τριβαλλῶν ἐντεῦθεν εἴη χώρα τὸ ἄφο- 5
 34 βον. ἐς τοσοῦτο γὰρ ὁ βάρβαρος οὗτος ἤρθη δυνάμεως Ἵρκανός, ὡς μὴ μόνον Μακεδονίαν καὶ Θράκην καὶ τοὺς ἐν Θράκῃ ληΐζεσθαι Ῥωμαίους καὶ Μυσοὺς ἀδελῶς, ἤδη δὲ καὶ Τριβαλλοὺς μακρὸν ἐνέβαλε δέος, πολέμιον κἀπὶ τῆς χώρας ἐκείνων ἐκπέμπων στρατῶν, καὶ πλείστην ἐκείθεν ἐπαγόμενος, 10
 ὁπότε βούλοιο, λείαν. τὴν δὲ τοιαύτην ἀσμένως ὁ βάρβαρος δεδεγμένος πρῆσβείαν, δεξιάν τε ἐπετόμφει σπονδῶν, καὶ ἅμα τοὺς τὸ κῆδος βεβαιώσοντας πρῆσβεις. καὶ μὲν δὴ τοῦτοις ἐνεδρεύσας ἐπανιοῦσι μετὰ Τριβαλλικῶν πρῆσβεων καὶ δῶρων συχνῶν, περὶ που τὰς τοῦ Ῥαιδεστοῦ παρόδους, ὁ τοῦ 15
